ficat exitiū et pniciem. Dicit ergo: nobiles fecerūt finē vtriuscz cladis nō qñ debuerunt: sed qñ voluerūt. Nō enī legib⁹ paruerūt: sed libidinē et voluntatē suā expleuerūt. Multos enī ex plebe ꝓtra leges sine iudicio necauerūt. Sed sane fuerit regni reparatio: plebi iura sua restituere. Tiberius Gracchus dū plebi iura sua restituit: nobilitati visus est q̄rere sibi regnū. Dicit ergo. Cōcedam⁹ verū esse id qđ dicūt aduersarij: videlz Tiberiū Gracchū regnū sibi q̄rere voluisse: qđ tamē falsum est. Nā tiberi⁹ Gracchus nō sibi regnū q̄siuit: sz plebi iura sua restituere: ⁊ libertatē ei⁹ defendere voluit. Et est color q̄ dicit ꝓmissio siue cōcessio q̄ fit qñ id maxime negam⁹: qđ ꝓcedere videmur: sicuti nūc. Nam vult Memmius negare q̄ Tiberius Gracch⁹ regnū affectauerit et q̄siuerit. Et tamē videt cōcedere: dicēs. Sed sane fuerit regni reparatio: plebi iura sua restituere. Idest cōcedamus verū esse qđ dicūt nobiles Tiberiū Gracchū regnū sibi parare voluisse: cū plebi iura sua restituere: et defendere iura plebis vocem⁹ acq̄rere regnū. Sic enī hic color rhetoric⁹ q̄ dicit ꝓmissio siue cōcessio fit: qñ nos ostēdim⁹ in dicēdo aliqđ cōcedere: et tñ semꝑ aliqua verba iterponim⁹: per q̄ aperte significam⁹ nos id negare qđ cōcedere videmur. Sic Virg. in xii. enei. seq̄re Italiā: vētis pete regna ꝑ vndas. Regni reparatio. Ordo est. Sed restituere iura sua plebi: fuerit reparatio regni: et iure sit factū q̄cq̄d non potuit vlcisci sine sanguine ciuiū. Totū hoc dicit ꝑ cōcessionē: in qua id maxime negat: qđ videt cōcedi. Regni reparatio: idest reformatio: renouatio: restitutio regni. Sane id dicit reparari qđ deletū et ꝓditū est. Unde expulsis tā multo tēpore ante regibus: regnū extinctū erat rome: nūc ergo recte dicit reparatio regni. i. restitutio: reformatio. Plebi iura sua restituere: sicuti fecit tiberius Gracchus: q̄ legē agrariā tulit cōtra factionē locupletū et nobilū: vt pauperib⁹ ciuibus agri restituerētur: q̄ eis adempti fuerāt ꝑ locupletes cōtra leges sicuti supra visū est

cladis nō lex: verū libido eoꝝ finē fecit: ſz ſane fuerit regni repatio plebi ſua iura reſtituere: q̄cq̄d ſine ſanguīe ciuiū vlciſci neq̄t iure factū ſit: ſupioꝛib⁹ annis taciti indignabamī

Quicq̄d sine sanguine ciuū vlcisci nequit iure factū sit. Hoc ideo dicit: q⁊ posset aliqs dicere. O Memmi. Tu dicis nobilitatē inturtā plebi intulisse: q⁊ Gracchos iterfecit. Sed vide q̄d dicas. Nā multi existimāt Gracchos iure interfectos fuisse: tanꝯ ciues seditiosos: et tanꝯ ciues q̄ discordiā inter patres ⁊ plebē seminarēt. Respōdet Mēmius. Sit ita. Cōcedo Gracchos iure iterfectos fuisse. Sed alia scelera nobilitatis et patrū atq; alias iniurias ostē dam: quib⁹ intelligetis eos vestrā libertatē opprimere voluisse: et ex quib⁹ intelligetis eos tanꝯ dños: vos tanꝯ seruos esse. Potestis hoc ferre? certe nō debetis. Quicq̄d sine sanguine ciuū vlcisci nequit iure factū sit. Hoc dicit ꝓpter Gracchos: et eos qui cū ipsis iterfecti sunt. Ac si diceret. Cōcedo Gracchos iure iterfectos esse: q̄q̄ si in aliquo peccauerant: eos poterāt aliter puntre et nō iterficere. Ulcisci. i. vindicari: puniri. et passiue positū est vlcisci. Nequit. i. nō potest. Ac si diceret: cōcedo iure iterfectos esse: sed tñ si quid deliquerāt: id puniri poterat sine sanguine. Et ita ꝑ hec verba negat iure interfectos esse: q̄uis concedere videat. Superioꝛibus annis. Memmius transit ad alia crimina patrū siue nobilitatis: quia de Gracchis varia erat opinio nūquid iure occisi essent. Unde Scipio Emilian⁹ qui erat affinis Gracchoꝝ. Nā sororē eoꝝ vxorē habebat: cū apud Numātiā bellū gerēs: audiuisset Tiberiū Gracchū iterfectū fuisse: iterrogatusq̄ esset q̄d sibi videret de morte ei⁹. Respōdit: illū sibi videri iure interfectū esse. Memmius igit trāsit ad alia scelera nobilitatis: et dicit. O Quirites superioꝛib⁹ annis vos moleste ferebatis: q⁊ nobiles erariū expilabāt: et pecunias publicas diripiebāt: et a regib⁹ ac populis liberis vectigalia exigebāt hec tanta scelera nequaq̄ punita fuerūt. Et ꝓpterea: q⁊ videbāt se impune peccare: leges et maie statē vestrā hostib⁹ tradiderūt: sicuti nūc fecit cōsul Bestia: q̄ tā ignominiosū fedus cū iugurtha fecit. Ordo est. Uos taciti indignabamini superioꝛib⁹ annis erariū expilari et indignabamini reges et liberos populos pēdere vectigal paucis nobilibus et indignabamini penes eosdem esse et summā gloriā et maximas diuitias. Ac si diceret. O Quirites nōne videtis nobilitatē et patres in manibus suis vniuersam rempublicā habere: et eam pro arbitrio suo versare. Ipsi erariū spoliant: vectigalia publica exigūt: puincias administrāt: ⁊ in

administratione harū rerū infinita scelera impune cōmittūt. Taciti: qz indignabamini: sed nichil dicebatis. Erariū dicit locus vbi era .i. pecunie publice reponuntur. Expilari.i. spoliari et furto diripi. Reges et populos liberos: q bello subacti fuerāt a romanis. Populos liberos: q reges nō habēt: sed in libertate viuūt. Vectigal.i. tributū. Vectigal ppie dicit id preciū qđ pēditur p vectura alicui⁹ rei. Pēdere.i. soluere. Tamen hec talia facinora impune fecisse parum habuere. idest nobiles nō satis putauerūt q tāta scelera ppetrassent: nec puniti fuissent: sed etiam alia scelera addiderūt. Jtaqz leges et maiestatē vestrā hostibus tradiderūt Jmpune: sine pena: qz puniti nō sūt. Parū habuere. i. paruz putauere. Ac si diceret: nō fuerūt contenti scelerib⁹ illis: et ideo alia addiderunt. Jtaqz: qz parū putabant scelera suprascripta impune ppetrasse. Ordo est. Jtaqz leges et maiestas vestra et oīa diuina et humana sunt tradita hostibus: neqz eos pudet q fecere ea: aut penitet: sed incedūt magnifici p ora vestra ostētantes sacerdotia et cōsulat⁹: pars ostētātes triūphos suos: perinde quasi: idest tāq̄ si habeāt ea honori: et non prede. Memmius ostēdit nobilitatē vniuersaz pro arbitrio suo tractare rēpublicam: et leges et maiestatem populi romani et diuīa atqz humana oīa violare: atqz ea hostib⁹ tradere: quēadmoduz supra Salusti⁹ oñdit. Mā maior pars

erarium expilari. reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere: penes eosdem et summā gloriam et maximas diuitias esse: tamē hec talia facinora impune suscepisse parum habuere. Jtaqz postremo leges: maiestas vestra: diuina et humana oīa hostibus tradita sunt: neqz eos qui ea fecere pudet aut penitet: sed incedunt per ora vestra magnifice: sacerdotia et consulatus: pars triuumphos suos ostentantes perinde quasi ea honori non prede habeant: serui ere comparati iniusta imperia dominorū non pferūt. Vos Quirites in imperio nati

Senat⁹ ac nobiliū pecunia a iugurtha corrupti cōtra leges et preter maiestatē ppli romani iugurthā ipunitū dimiserūt: q Hiempsalē interfecerat: et Adherbalē regno eiecerat. Cū ergo Senat⁹ talia facit leges et maiestatē ppli et diuina et hūana oīa hostib⁹ tradit. Pudet: verecūdie est. Penitet: doloris est. Malefaciūt: nec eos malefacti pudet aut penitet: sz pcedūt in publicū dignitates et honores suos palā oībus ostētātes: qz aliqñ vel pōtifices maximi fuerūt: vel ꝯsulatū gesserūt: vel ex hostib⁹ triūpharūt. Per ora vestra. i. in ꝯspectu vestro. Sacerdotia vel pōtificatū: vel aliqđ aliud sacerdotiū. Mā romani pōtificē maximum creabāt q oībus sacerdotib⁹ preerat. Perinde q̄si honori habeāt nō prede. Nobiles ex sacerdotijs et ex magistratib⁹ et ex triūphis nō tam honorē sibi acqrūt q̄ predā et diuitias atqz pecunias. Mā q triūphant et q magistrat⁹ administrāt: multas sibi diuitias et pecunias accumulāt. Et ppterea triūphi et magistrat⁹ nō tam illis honori sūt q̄ pde. Sicuti cōsulat⁹ Bestie cōsulū nō tā fuit honori q̄ prede. Mā multas pecunias accepit a iugurtha: vt illū in deditionē acciperet. Bestia igit cōsulatū habuit nō tam honori. i. ad honorē q̄ prede: qz in eo cōsulatu plus prede et pecuniarū acqsiuit q̄ honoris. Serui ere cōparati iniusta iperia nō perferūt. Postq̄ vitia et scelera nobilitatis ostēdit: hortat plebē ad ea scelera puniēda: et ne velint pati libertatē suā opprimi. Dicit enī. serui qui pecunia empti sunt nō possūt pati dominos iniustos et crudeles. Vos autem Quirites orbis terrarum domini potestis pati seruitutem. Serui ere cōparati. i. pecunia empti. Iniusta imperia: idest dominos iniustos et crudeles non perferunt: idest non sustinent. Vos Quirites imperio nati. i. vos qui nō estis serui sed dñi. Et est cōtentio que fit cum ex contrarijs rebus oratio conficitur.

Equo aĩo seruitutẽ toleratis: idest pati potestis vt vobis dominẽtur nobiles. At qui sunt hi. Ostẽdit eos nõ debere pati seruitutẽ preserti ab hoĩbus sceleratis. Sceleratissimi. In odiũ adducit aduersarios: sceleratos eos et flagitiosos appellãs. Cruẽtis manib⁹. Ac si diceret homicide. Immani. idest ingẽti. Quib⁹ fides: decus: pietas: honesta atq; ĩhonesta oĩa questui sũt: idest q̃ vẽdunt fidẽ: et decus: et pietatẽ: et honesta: et inhonesta. Nã pecunia eis carior est q̃ fides et decus: et honestas: sicuti supra dixit de legatis q̃ in Numidiã, puinciã missi meliorẽ partem regni iugurthe adiudicarũt. Nã hi pecuniã fide cariorẽ habuere. Deinde dicit. Paucis fides q̃ pecunia carior fuit. Decus .i. honorẽ. Bestia dec⁹ suũ questui habuit: qr honorẽ suũ p pecuniã vẽdidit. Nã ppter pecuniã fedus cum iugurtha fecit: quod sibi magno dedecori fuit.

Honesta: vt si q̃s ppter pecuniã pudicitiã suam amitteret. Questui. i. ad questũ. Quest⁹ dicit turpe lucrũ. Pars eor: Ordo est. Pars eorũ habent p munimẽto tribunos plebis occidisse. alij scz habent p munimento q̃stiones iniustas fecisse plericq; habẽt p munimẽto fecisse cedem in vos. i. quidã putant se esse tutos: qr Tribunos plebis occiderũt. Alij vero putant se esse tutos qr questiones .i. inq̃sitiones iniustas et iniq̃s exercuerũt: alij putãt se esse tutos: qr multos ex plebe interfecerunt. Atq; hoc modo vnde maxime timere deberent: inde maxime tutos se esse putant.

Occidisse. i. interfecisse. Tribunos plebis: scz Tiberiũ et Caium Gracchos. Questiones idest inq̃sitiones: que per tormẽta fiunt. Pro munimento: pro defensione. Itaq;. i. hoc modo tantũ quisq; est maxime tutus quantũ quisq; pessime fecit. Metum a scelere suo ad ignauiã vestrã transtulerũt. hoc est qõ supra dixit. Atq; etiam nũc timetis eos quibus terrori esse decet. hoc enĩ dicit. Nobiles timere deberent ppter scelera sua. Nunc autẽ vos o quirites timetis ppter ignauiam vestrã: quia animus vobis ab ignauia corruptus est: sicuti supra dixit. Et ita ipsi transtulerũt metũ a scelere suo ad ignauiã vestrã: quia ipsi non timent qui timere debuerãt ppter scelera sua. Et vos timetis propter ignauiã vestrã: qui timere nõ deberetis: quia nichil mali fecistis: sed timetis propter ignauiã: quia pusillanimes estis: ordo est. Illi nobiles sceleratt transtulerũt metũ a scelere suo ad vestrã ignauiã: quos oẽs coegit ĩ vnũ hoc qõ sequit: videlz eadẽ cupere: eadẽ odisse: eadẽ metuere. Eadẽ cupere: scz mala. Eadẽ odisse: scz bona. sicuti in Catilinario dicit idẽ velle et idẽ nolle: ea demũ firma amicitia est: hoc loco dicit. eadẽ cupere: eadẽ odisse: eadẽ metuere: inter bonos est amicitia: sed iter malos, est factio. Cũ ergo mali hoĩes eandẽ rẽ cupiũt: et eandẽ rem odio habẽt: et eandẽ rẽ metuũt: si in vnũ cõiungũtur: vocatur factio: si boni homĩes faciunt hoc idẽ: vocat amicitia. Coegit. i. cõgregauit. Qõ si tantã. Ordo est. q̃ p sed. Sed pfecto neq; resp. vastaret sicut nũc. s. vastat: et bñficia vĩa forẽt penes optios: nõ penes audacissimos si vos haberetis tãtã curã libertatis: q̃ p q̃tũ illi sũt accẽsi ad dñationẽ. Aduersarios ĩ odiũ adducit: cũ dicit illos esse cupidos dñandi: nobiles dñari vobis cupiũt: o quirites: et vos libertatẽ vestrã nõ curatis. Nã si tãtopere curã vre libertatis haberetis: q̃topere illi cupiũt do

equo aĩo seruitutẽ toleratis? At q̃ sunt hi q̃ rẽpub. occupauere? hoĩes sceleratissimi cruentis manibus: ĩmani auaricia: nocẽtissimi idẽq; supbissimi: quib⁹ dec⁹: fides: pietas: postremo hoẽsta atq; ĩhonesta oĩa q̃stui sũt: ps eoꝝ occidisse tribunos pl. alij q̃stiões iiustas plericq; cedẽ ĩ vos fecisse, p munimẽto hñt: ita q̃ q̃tũ q̃sq; pessime fecit tã maxie tutus est: metũ a scelere ad ignauiam vestraz transtulere: quos omnis cupere eadez: eadez odisse eadem metuere in vnũ coegit: sed hec inter bonos amicitia iter malos factio ẽ. Qõ si tã tã vos curã libertatis haberetis q̃ illi ad do

mlari: ꝓfecto neq; respu. vastaret sicuti vastat: ⁊ honores ac magistratꝰ penes optīos eēnt ⁊ nō audacissimos: qꝛ si maiorē curam vestre libertatis haberetis: honores ⁊ magistratus daretis optimis viris et non improbis ac sceleratis. Beneficia vr̄a: id est honores ⁊ magistratus. Nam populi romani beneficiū est dare honores et magistratus quibuscūq; voluerit. Penes optimos: id est apud optimos. Maiores vestri parandi iuris et maiestatis ꝯstituende gr̄a. Maiores vestri (inq̄t) vt iussus sibi ⁊ maiestatem pararent et cōstituerent: bis secesserunt a patribꝰ armati in mōtem auētinū: sicuti supra visum est. Parandi viris gratia: id ē cā acquirēdi iuris sui: vt plebs ius suū haberet ex quo concessum est plebi: vt suos magistratus haberet sacrosanctos: q̄ eā defēderent. Itaq; tribuni plebis creati sunt: sicut supra visū est. Et cū postea creatis decē viris plebs tribunos amisisset iterū secessit in montē ꝑ occasionē virginie occise. Et tribuni plebi restituti sunt. Et maiestatis: id est venerationis. Nā maiestas est ꝑ quā aliquis veneratur simul ⁊ timet. Anteq̄ crearentur tribuni plebis: plebs cōtēnebatur: sed postq̄ creati sūt tribuni plebis venerari et timeri cepta est. Sūma ope. i. summis viribus. Maius dedecꝰ est parta. i. acquisita. Parauisse. i. acq̄siuisse. Sine dubio turpiꝰ est amittere ea q̄ semel sūt acquisita: q̄ oīno nūq̄ acquisiuisse. Quid igitur cēses. Aliq̄s mihi fortasse diceret: o mēmi. tu hortaris nos vt tueamur nostram libertatem: sed tu dixisti supra q̄ non est opus vi neq; armis ad hoc. Quid ergo censes tu esse faciendū? Mēmiꝰ respondet. Ego censeo eos esse puniendos qui hosti ꝓdidere rempubli. non vi neq; armis sed questionibus: id est inquisitionibus: et indicio ip̄ius iugurthe. Quid igitur cēses? inducit aliquē ita se interrogantem. O mēmi quid igitur censes? id est quid iudicas esse faciendum? Uindicandū. hec sunt verba mēmij respōdentis ego censeo vindicandū in eos qui prodidere rempu. hosti: non manu neq; vi quod est magis indignū vos fecisse q̄ illis accidisse: verū. i. sed questionibus. s. vindicandum censeo: et indicio ip̄ius iugurthe qui profecto erit obediens nostris iussis si ille est deditus. Uindicandum eos. i. eos eē puniēdos. Hosti. s. iugurthe. Prodidere rempu. quomodo respu. prodita est iugurthe quia fedus flagitiosissimū cum eo factum est: iniussu senatus populiq; romani. Non manu. i. ꝑ manū id ē per vim: et hoc sequentia declarant. Quod magis. i. que res non tam vobis conuenit q̄ illis. Nam illi qui tantū scelus cōmiserunt: mererent quacūq; ratione puniri: etiam vi: sed hoc vobis non conuenit. Nam vos decet nocentes punire nō vi aut armis: sed iudicio et iusticia. Quod. i. que res scz punire eos vi. Questionibus. i. inquisitionibus: vt querantur diligent et indagetur qui fuerīt auctores et complices huiꝰ federis: qd̄ cū iugurtha factū est. Indicio. i. ꝑ indiciū: vt iugurtha indicet et detegat veritatem. Qui scz iugurtha. Deditꝰ: dedere ē tradē. Jussis. i. p̄cept̄ nr̄is obediēs erit: qꝛ v̄itatē dicē cogemꝰ iugurthā

minationē accēsi sunt: ꝓfecto neq; respu. sicuti nunc vastaretur: et beneficia vestra penes optimos non audacissimos forent: maiores vestri parandi iuris et maiestatis constituēde gratia per secessionē armati: bis Auētinum montem occupauere: vos pro libertate quam ab illis accepistis: nōne summa operitemini? atq; eo vehementius quod maius dedecus est parta amittere: q̄ omnino non parauisse. Dicet aliquis quid igitur censes? vindicandum in eos qui hosti ꝓdidere Rēpublicam nō manu neq; vi: quod magis vobis fecisse q̄ illis accidisse indignum est. Uerum q̄stionibus et indicio ip̄sius Jugurthe q̄ si deditꝰ est ꝓfecto iussis vr̄is obediēs erit

k

Sin ea cõtemnit:si(inquit)Iugurtha romã venerit:ex ipo veritatẽ agnoscem⁹.Sed si venire noluerit signũ est sine dubio in ea pace que cũ ipo facta est fraudẽ et dolũ fuisse:q; ex ipa pace hec mala sunt secuta.Nam ipe p suis sceleribus punitus nõ est pauci romani p ipaz pacẽ diuites facti sunt in rẽpu.dãna ꝛ dedecora puenerunt. Sin ea cõtẽnit.ordo est: sed.s. id est certe existimabitis qualis sit illa pax ex qua impunitas scelerum puenit ad iugurthã magne diuitie puenerũt ad pau cos potentes:damna atq; dede cora puenerũt in rempu.Si ille iugurtha cõtemnit ea. Sin id ẽ sed si cõtẽnit ea.i.si ptẽnit ꝛ negligit et nõ vult venire romã q; timet neverũ dicere cogatur

Sin ea contẽnit scz existimabitis qualis illis pax aut deditio sit:ex qua ad Jugurthã scelerũ impunitas ad paucos potẽtes maxime diuitie:ad rempublicã dãna atq; dedecora p uenerint:nisi forte nondũ etiã vos dominationis eorũ satietas tenet:et illa q̃ hec tempora magis placẽt:cũ regna:prouincie: leges: iura:iudicia:bella atq; paces:postremo diuina et humana oẽia penes paucos erant:

Scilicet existimabitis.i.certe putabitis hoc est certe putare debetis qualis sit illa pax: ex qua tot mala secuta sunt. Existimare enim certe potestis q; sit iniq̃ pax. Impunitas scelerũ: scilz puenit:est enim zeuma ab inferiori. Impunitas scelerũ:q; i conditionibus pacis illius. scelera eius impunita relinquunt

Ad paucos:veluti ad consulẽ et scaurũ. Dãna atq; dedecora Damnũ enim hoc puenit rẽ publi.q; Numidia puincia in conditionibus pacis iugurthe concessa est:que in potestatem ꝛ ius ppli romani venisset.si cõsul bello psecutus esset iugurthã. Dedecora:q; tot ac tanta scelera iugurthe impunita sunt relicta:et dedecus fuit etiã ppo roma.tã ignominiosam pacẽ ꝛ fedus cũ iugurtha facere.in qua pace numidia ei concessa est:que antea turis fuerat ppli romani licet administratio permissa eẽt familie Massinisse ꝓpter amicitiã. Misi forte:ordo lre cũ superiore cõiungit:ꝛ sensus pẽdet a supiori. Dico q; sũma ope conari debetis p vra libertate ꝛ punire eos qui rẽpu.hosti pdidere:nisi forte adhuc vobis placet seruire nobilibus quẽadmodum fecistis his supioribus annis postq̃ interfecti fuerunt Tiberius et caius gracchus defẽsores vri:ꝛ hoc ẽ q; dicit. Misi forte:dico q; debetis facere hoc q; dixi:nisi nõdũ etiã satietas dominationis eoꝝ teneat vos:ꝛ nisi illa tempora magis placent q̃ hec:vz q; regna/et puincie/ꝛ leges/ꝛ iura/ꝛ iudicia/ꝛ bella/paces postremo oĩa diuina ꝛ humana erant penes paucos.s.penes senatũ et nobiles:et q; vos hoc est ppls romanus inuicti ab hostibus:et imperatores oĩm gẽtium:satis habebatis retinere aĩam.i inuidiã ꝛ odiũ adducit senatum et nobiles:quos dicit superioribus annis post mortẽ tiberii et caii gracchorũ dominos fuisse et totam rempublicã in eoꝝ potestate et arbitrio fuisse:ppm aũt romanũ pauperem vix viure potuisse:qui victor oĩm gentiũ totũ orbẽ terrarũ suo subegerat imperio.Et reuera ita erat Nã plebs hoc ẽ ppls ꝛ multitudo minuta bella gerebat:ꝛ gẽtes ac ppos imperio romano subigebat et ip in paupertate erat.Senatus aũt ꝛ nobiles honores ꝛ magistratus ꝛ administrationẽ puinciaꝝ ꝛ totius reipublice possidebat. Dñationis eoꝝ.s.nobiliũ et senatus.

Illa tpa:scz post mortẽ tiberij ꝛ caij gracchorũ.Nã post mortẽ eoꝝ p aliq̃t ãnos tota respu. in ptate senatus fuit tota plebe pculsa. Quã hec scz tpa:in q̃bus plebs ius suũ sibi ceptuz dicare. Regna:quia regna que bello subigebantur imperio populi romani p senatũ administrabantur ꝛ similiꝫ puincie.Sciendum'est autẽ q; romani si regnũ aliquod vel insulam vel partem alicuius puincie:vel totam puinciam aliquam bello subigebant eã vl pconsules vel per pconsules vel p ptores administrabant.Et puincia vocabatur. Leges: iura/iudicia/bella atq; paces postremo diuina ꝛ humana oĩa:his oĩbus rebus tota respublica continetur. Penes paucos.i.apud paucos.i.in potestate paucoꝝ videlicet senatus et nobiliũ. Nos autẽ. hoc est populus romanus.Ex hoc magis auget inuidiam: acsi diceret.Tota respublica erat in potestate paucorum:et populus romanus qui totum orbẽ ter-

rarum suo subegit imperio: vix habebat vnde viueret: acsi diceret res indigna est ⁊ nō tolerāda. Nam seruitutē: vere dico q̄ satis habebatis si viuere poteratis: q̄ seruitutē non recusauisset aliquis vestrū modo victū inuentre potuisset: adeo pauperes et miseri eratis.

Atq̄ ego: ordo est: atq̄ ego tamē paterer equo aīo vos ignoscere sceleratissimis homini bus q̄m sunt ciues nisi misericordia eēt casura in perniciē: tametsi p̄ q̄uis ego existimo eē flagitiosissimū accepisse iniuriam impune. Quāuis (inquit) turpe est putē: nō punire iniuriā acceptā: tamē ego equo animo ferrē vos parcere sceleratis hoī bus: quia sunt ciues: nisi talis misericordia maius malū ⁊ maiorē pniciē generaret. Flagitiosissimū. i. turpissimū. Iniuriaz quia respubli. hosti prodita est.

Vos autē luicti ab hostibus īperatores oīz gentiū satis habebatis animā retinere. Maz seruitutē quidē quis vestrum recusare audebat? At ego tametsi virū flagitiosissimū existimo īpune iniuriā accepisse: tū vos hominibus sceleratissimis ignoscere: q̄m ciues sunt equo animo paterer ni misericordia in perniciem casura esset. nam ⁊ illis (quātum importunitatis habent) parum est impune male facisse: nisi faciundi licētia deinde eripiatur: ⁊ vobis eterna sollicitudo remanebit: quum intelligetis aut seruiendum esse: aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem aut concordie que spes est? dominari illi volunt: vos liberi esse: facere illi iniuriam: vos pbibere: postremo socijs nr̄is veluti hostib⁹

Hominibus sceleratis: qui rē publicā hosti prodiderunt. In perniciem: id est exitium ⁊ ruinam reipublice. Casura. i. vētura. Nam et illis (quantum importunitatis habēt) parum est impune malefecisse: nisi deinde faciendi licentia eripietur et nobis eterna sollicitudo remanebit cum itelligetis aut seruiendum esse: aut per manus libertatem retinendam: ordo ē Nam et illis est parum malefecisse impune (quantum importunitatis habent) nisi licētia faciendi deinde eripietur. et eterna sollicitudo remanebit nobis cum intelligetis: aut serutendū esse: aut libertatem esse retinendam per manus. reddit causā quare misericordia in perniciē ventura sit. Quamobrē dixi q̄ misericordia i pernicie, ⁊ ruinam ventura e: quia et illi tantum importuni sūt vt nō cōtenti impunitate priorum scelerū: alia maiora scelera sint cōmissuri: nisi oīno eis malefaciendi licentia tollatur. Et nos ppetuo solliciti erimus: quando intelligemus eē necesse q̄ vel seruiamus vel libertatem p̄ vim retineamus. Quantum importunitatis habent p̄ parenthesim dictum est cum admiratione et indignatione. Nam et illis. s. hominibus sceleratis.

Parum est. parum videtur eis hoc: q̄ malefecerunt et puniti non sunt: et quia hoc parū videtur: scelera sceleribus addent: nisi nunc puniantur: et eis oīno malefaciendi licētia tollatur. Impune. i. sine pena. Seruiendum esse. i. iugum seruitutis esse sumēdū: quēadmodū seruiūt populi regibus et tyrānis subiecti. Per manus. i. p̄ vim. Nam fidei: vere dico q̄ si nunc non puneritis sceleratos homines: aut libertatem amittemus: aut eam p̄ vim retinere oportebit. quia non est spes q̄ inter vos et patres fides: aut concordia vel pax esse possit: et hec est ratio: q̄ illi volunt esse domini: et vos non vultis esse serui sed liberi: rursus illi volunt facere vobis iniurias et vos non vultis tolerare. Nam fidei. fides dicit quā do fit id quod dicitur. Nunc ergo dicit fides inter vos et patres esse non poterit: q̄ si illi vobis aliquid promittent non seruabunt. Nam vos tanq̄ seruos tractare et hꝫe cupient ⁊ volent. Illi. s. pres ⁊ nobiles. Vos. s. vultis. Facere illi. s. volunt. socijs nostris. socios no-

ſtros tanꝯ hoſtes tractant que res indigna eſt populo Ro. et nullo modo tolerãda. Socijs noſtris. Dixi ſupra qui vocabantur ſocij populi romani. ℙoteſt ne eſſe pax quaſi dicat nõ

Quare ego. mẽmiꝰ poſtꝯ oſtendit que mala ventura ſint in rẽpu. niſi factũ conſulis ꝛ ſo cioꝝ eius puniatur: concludit orationẽ: exhortans populũ roma. ad puniendũ ſcelus conſu lis: qui fedus cũ iugurtha fecerat ignominioſum: ſine vlla auctoritate ſenatus populiꝯ ro mani. ℳon peculatus. ꝑ com parationem auget atrocitatẽ criminis. Dicit ei hoc nõ ẽ crimẽ peculatus: aut crimẽ repe tundarũ: ſed eſt crimẽ leſe ma ieſtatis: quo nullũ maius inue nitur. Nam crimẽ leſe maieſta tis eſt: qñ quis totã rẽpu. offen dit: ſicuti ꝓbaꝝ feciſſe conſul. ℙeculatus. peculatus dr̃ fur tum pecunie publice. Mõ pe culatus erarij factus. i. furtum pecunie publice non eſt factũ: erariũ locus vbi pecunie publi ce reponũtur. Neꝯ ꝑ vim ſo cijs erepte ſunt pecunie. Si qs ſocios expilaſſet: et accuſatus fuiſſet: is reus repetũdarũ dice batur. Sicuti fuit verres: q̃ cũ pretor totã ſicilĩã rapinis et fur tis veraſſet: a ſiculis querele ro mã delate ſunt. atꝯ ita cicero ne cauſam ſiculorũ ſuſcipiente verres repetũdarũ reus factus damnatus eſt: is autẽ qui repe tũdarum accuſatus eẽt: atꝯ dã natus: furtis omniũ quos expi lauerat in preciũ redactis: et bo nis ſuis venditis auctione: eã ſũmam reſtituebat. Que. ſcz expilare erariũ: vl̃ ſocios. Ta men ex cõſuetudie. i. ꝓpter conſuetudinẽ: qꝛ ſepe hec duo crimina ꝓpetrant̃. ſ. peculatus ꝛ repetũdarũ. Habentur. i. reputantur. Hoſti acerrimo: acſi diceret. Ecce crimẽ qõ punien dum eſt. Nam crimẽ eſt leſe maieſtatis: qꝛ maieſtas totius populi offenſa eſt. Auctoritas ſenatus: proditum imperiũ veſtrũ: qꝛ fedus cum iugurtha fieri nõ potuit: ſine cõſenſu ſe natus populiꝯ romani. Domi militieꝯ. i. ꝛ rome ꝛ in exercitu reſpu. vendita fuit: qꝛ ꝛ ro me ꝛ in exercitu ciues romani nobiles corrupti rempu. prodiderunt. Que niſi queſita. Ni ſi (inquit) inquiſitio facta fuerit de his criminibus. et niſi nocẽtes puniti fuerint: nihil aliõ reſtat: niſi vt nos ſeruiamus illis tanꝯ regibus: qꝛ illi ꝓpie reges dicunt̃ qui poſſunt face re quicquid volunt impune: ordo eſt. Quid erit reliquum: niſi vt viuamus obedientes illis qui fecere ea: niſi que. i. illa erunt queſita: ꝛ niſi erit vindicatũ ĩ noxios. In noxios. id eſt ℑ nocentes. i. niſi nocentes puniti fuerint. Quid erit reliquum: id eſt quid reſtabit Illis q̃ ea fecerũt: videlicet nobilibus. Obedientes: acſi diceret. Quid reſtat niſi vt in ſeruitutẽ redacti obediamus illis quaſi regibus. Nam impune: vere dico q᷑ nihil aliud reſtat ni ſi vt ſeruiamus illis quaſi regibus: qꝛ illi ꝓprie vocant̃ reges: q̃ faciũt quicq̃d volũt impu ne. Si ergo illi qui rempu. ꝓdiderũt puniti non fuerint: nonne ſunt tanꝯ reges. Nullum enim peccatũ grauius cõmittere potuerunt. Nam impune: hic eſt color: qui dr̃ diffinitio. Nam ꝑ cõmodo ſuo diffinit quid ſit rex. Quid eſt rex: qui poteſt facere quicquid vult ipu ne. Malitis. id eſt magis velitis. ℙerperam. i. peruerſe ꝛ male. Recte: id eſt bene. Sz ne d eſt ſed hortor. Ignoſcendo malis: dum malis ciuibus parcitis. ℙerditum eatis. id ẽ ꝑ-

hoſtibus ꝑ ſocijs vtunt̃. põt ne ĩ tã diuerſis mẽtib⁹ pax aut amicitia eẽ? Quare moneo hortoꝝ vos ne tãtũ ſcelus ĩpunitũ omitta tis: nõ peculatus erarij factus ẽ: neꝯ ꝑ vim ſocijs erepte pecunie: que quãꝯ grauia ſint tamẽ ex conſuetudine iam ꝑ nichilo habent̃ hoſti acerrimo ꝓdita ſenatus auctoritas: ꝑ ditum imperiũ veſtrũ eſt: domi militieꝯ reſ publi. venalis fuit: que niſi queſita erunt: et niſi vindicatũ in noxios: quid erit reliquum niſi vt illis obedientes viuamus q̃ ea fecerũt nam impune qõ libet facere: id eſt regẽ eſſe. Neꝯ ego vos Quir. hortor vt malitis ci ues vr̃os ꝓperã ꝯ recte feciſſe. ſz ne ignoſcẽ

datis. Ad hoc.i.preterea. Prestat.i.melius est:vt vir prestat trinacrij metas lustrare pachinij in repu. Melius est obliuisci beneficiorum q̃ iniuriarum:sed secus est in rebus priuatis. Nam priuatum hoiem magis decet iniurias obliuisci q̃ beneficia Quã maleficij.i. iniurie. Et notandũ maleficiũ iniuriã significare. Bonus: reddit rationem quare meliꝰ est obliuisci beneficiũ q̃ iniuriã:qꝛ ille qui in repu.benefacit si nõ remunerat̃:negligentior tm̃modo fit ad benemerendum in posterum. Sed ille qui malefacit in repu.si non punit̃ sceleratior fit. Segnior.i.negligentior:et tardior ad promerẽdum in posterum. Ubi negligas.id est qñ ꝯtẽnas: premio digno meritum eius et virtutem afficere. Improbior.s.fit:id ẽ sceleratior et peior. Ad hec.i. preterea. Alia etiam est ratio:q̃re melius est obliuisci beneficium q̃ iniuriã obliuisci.i.punire nocentes q̃ nõ remunerare benemeritos:quia si nocentes puniuntur:non sunt qui faciãt iniuriam. Et si iniurie non sũt nũq̃ indigebis auxilio. Nã tũc indigemus auxilio quãdo opꝰ est vt resistamus eis qui nobis iniuriã faciunt. Haud sepe.i. non sepe. Egeas pro egebis id est indigebis.

do malis bonos perditũ eatis. Ad hoc ĩ rep. multũ prestat beneficij q̃ maleficij ĩmemorẽ esse:bonus fit tantũmodo segnior vbi negligas:at malus improbior:ad hoc si iniurie nõ sint:haud sepe auxilij egeas.

Hec atq̃ alia huiuscemodi sepe ĩdicẽdo Memmiꝰ populo ꝑsuadet vt L. Cassius:qui tum p̃tor erat ad Jugurtham mitteret̃. eumq̃ interposita fide publica Romam duceret:quo facilius indicio regis scauri et reliquoꝝ:q̃s pecunie capte arcessebãt delicta patefierẽt. Dum hec rome gerunt̃ qui in numidia relicti a Bestia exercitui preerant: secuti morem impatoris sui plima ⁊ flagitiosissima fecere facinora:fuere q̃ auro corrupti elephãtes Jugurthe traderẽt: Alij ꝑfugas vẽ

Hec atq̃ alia. Dicit mẽmiũ oratione sua ꝑsuasisse populo id qd̃ volebat: vz vt mitteret̃ L. cassiꝰ p̃tor ad iugurthã.et eũ interposita fide publica romam adduceret:vt ip̃e iugurtha indicaret et panderet:qui fuissent illi ciues romani qui ab ip̃o pecuniã acceperant. L.cassius: hic fuit vir sũme seueritatis. Nam multa eius extãt seueritatis exẽpla:hic etiã tri.pl.plures leges tulit ad minuendã nobilitatis potẽtiã:huiꝰ extant leges de suffragijs ferẽdis nõ voce sz ꝑ tabellã. Pretor erat:decẽ p̃tores rome creabant̃ q̃ ius ppl̃o dicerẽt. Sil̃r decẽ tribuni plebis:quorũ magna erat auctoritas. Nã ad defẽsionẽ ppl̃i creati erãt. Interposita fide publica.i.data fide publica:vt iugurtha securus veniret romã et inuiolatus esset. Scauri et reliquoꝝ delicta patefierent quos capte pecunie arcessebant.iõ volebãt vt iugurtha romã veniret:vt eius indicio facilius crimẽ scauri et reliquoꝝ patefieret qui dicebant̃ pecuniam accepisse ab ip̃o iugurtha quos capte pecunie arcessebãt.i.quos pecunie accepte accusabãt. Accerso ⁊ accersio sig̃t euoco vel aduoco:arcesso sig̃t accuso. Si aũt legeris accersebãt siue accersibãt.i.aduocabant et est sensus.quos pecunie accepte romã aduocabant:vt ad iudiciũ venirent. Dicimꝰ autẽ accerso tercie ꝯiugatõis ⁊ accersio quarte:⁊ sig̃t aduoco et appello. Dũ hec rome gerunt̃ Dicit nũc q̃d fecerĩt illi qui ĩ numidia relicti fuerãt a ꝯsule:vt exercitui preessẽt. Elephantes.q̃s iugurtha tradiderat romanis ĩ cõditiõibꝰ pacis. Alij ꝑfugas:ꝑfuge dicuntur illi

qui fugiunt ad hostem. Ex pacatis.i.ex populis qui pacē cum romanis habebant. Tāta vis auaritie:hec flagitia ꝑpetrabant ꝓpter nimiā auaritiā:que aīos eoꝝ velut quedā pest inuaserat. At cassius pretor:postq̄ breuiter dixit q̄d in numidia gestū sit ab his q̄ preerāt exercitui reuertitur vt ostēdat q̄d fecerit cassius pretor qui electus erat a ppl̄o:vt ad iugurthā ꝓficisceret. Perlata rogatōe.i. ꝑlata lege hoc est data lege. Et que erat hec lex:vz vt cassius pretor ad iugurthā iret: et eum data fide publica romā duceret. Nam quicquid populus decernit siue iubet dicitur rogatio /siue lex/ siue plebiscitum. Nam nobilitas ⁊ senatus vehemēter timere cepit hac lege ꝑlata. Multi enim timebāt ne si iugurtha romā veniret ab eo panderet:q̄ pecuniā ab ip̄o accepissent et ita damnarentur Eiq̄.s.iugurthe. Et ex cōscientia rebus suis diffidēti: quia sciebat se talia scelera ꝑpetrasse:vt merito timere deberet rebus suis. Persuadet quo se ppl̄o romano dedisset. i. ꝑsuadet iugurthe vt se ppl̄o romano daret:et ab eo veniā peteret Priuatim. cassius tanq̄ legatꝰ ex parte ppl̄i romani iugurthe ꝓmittebat:illū tutū et īuiolatū fore si romā iret. Et hec erat fides publica. Sz priuatim postea nō vt legatus:sed vt cassius fidē suam interponebat:ꝓmittēs ei suū auxiliū si romam iret:et oīa libere sicuti gesta erant aperiret. Non minor.s. precij:iugurtha tāti estimabat fidem cassij quanti estimabat fidem ppl̄i romani. Ducebat.i. existimabat. Cōtra decus regiū:q̄ reges vestibus preciosis vti ferme solēt:hic autē vestitu sordido et abiecto vsus est ad eliciendā misericordiam. Cultu.i.ornatu et vestitu miserabili Ac tametsi. Dicit quid fecerit iugurtha postq̄ romā venit Ad presidiū consuetum confugit vz vt pecunia sibi fautores pararet. Ergo caiū bebiū tribunū plebis pecunia corrupit:cuius auxilio tutus eēt ꝯtra oēs iniurias.et etiā cōtra ius. Tanta autem erat auctoritas vnius tribuni plebis:vt vnus ꝓhibere posset ne fieret id q̄d reliqui oēs tribuni vellent. Erant aūt vt diximus decē tribuni. Ordo est:ac ille cōfirmatus ab oībus potentia:aut scelere quoꝝ gesserat ea cuncta que supra memorauimus parat caium bebiū tri.pl.magna mercede impudentia cuiꝰ eēt munitus cōtra ius et oēs iniurias:tametsi magna vis aīmi erat in ip̄o. In ip̄o.scz iugurtha. Confirmatus.i.cohortatus. Magna mercede.i.magno premio magna pecunia. Parat.i.preparat. Impudentia.i.ꝑ impudētiam:et bene impudentiam eius dicit:quia cōtra ius iugurthā tueri paratus esset. Cōtra ius et iniurias.i.ꝯtra iusticiam et iniusticiam. Munitus. armatus et tutus. At C.memmius.ordo est. At ꝓ sed C.mēmius cōsulens magis dignitati q̄ ire sedare ꝓ sedabat motꝰ et mollire ꝓ mollibat aīos eoꝝ:et postremo confirmabat fidem publicam fore inuiolatam

derent:pars ex pacatis predas agebāt. Tāta vis auaricie aīos eorū veluti tabes inuaserat. At Cassius ꝑlata rogatione a.C.Mēmio ac ꝑculsa oī nobilitate ad Iugurthā proficiscit:eiq̄ timido et ex cōscientia diffidēti rebus suis ꝑsuadet (quo se populo Ro.se dedisset) ne vim q̄ mīam experiri mallet:priuatim p̄terea fidem suā interponit:quā non minoris q̄ publicā ducebat. Talis ea tēpestate fama de Cassio erat. Igitur Iugurtha ꝯtra decus regiū cultu q̄ maxime miserabili cuz Cassio Romam venit. Ac tametsi in ipso magna vis aīmi erat cōfirmatꝰ ab oībus:quoꝝ potētia aut scelere cūcta ea gesserat:q̄ supra diximꝰ. C.tñ Bebiū tribunū plebis magna mercede parat. Cuius impudētia cōtra ius et īiurias oēs munitus foret. At. C. Mēmiꝰ

p sese: q̃q̃ plebs erat infesta regi: et q̃q̃ pars iubebat illũ duci in vĩcula: pars iubebat supplicium sumi de hoste more maiorũ: nisi aperuisset socios sui sceleris: Sensus patet. Aduocata contione. i. multitudine ppl̃i cõuocata ad cõtionem. Infesta. i. irata. Regi. s. iugurthe. In vincula: ecce quomodo irata erat plebs cõtra iugurthã: qꝛ pars iubebat illum in carcerẽ duci: pars iubebat illũ occidi: nisi indicasset socios sceleris. In vincula. i. in carcerem. Aperuisset. i. indicasset detexisset. More. i. ꝑm cõsuetudinẽ maiorũ ⁊ antiquoꝝ: qꝛ ita antiqui facere ꝯsueuerãt. De hoste supplicium sumi. i. iugurthã interfici debere. Dignitati magis q̃ ire consulens. i. magis attendẽs dignitatẽ ppl̃i romani q̃ iram: qꝛ nõ decebat populũ ro. facere id qđ ira suadebat. Nam si de iugurtha supplicium sumpsisset: cõtra dignitatez suam fecisset: quia fidem datã iugurthe violasset. Sedare. ꝓ sedabat. i. quiescere faciebat.

Motus. i. iram et indignationẽ. Mollire: ꝓ molliebat. id ẽ mitigabat. Postremo confirmabat fidem publicã ꝑ sese inuiolatã fore. i. dicebat et affirmabat se nõ eẽ passurũ vt fides publica violaret: quã iugurthe dederãt ꝑ cassiũ pretorẽ. Post vbi silentiũ. Cum in cõtiõe oẽs silentiũ fecissẽt. in mediũ ꝓductus est iugurtha. Tũc mẽmi⁹ ip̃o p̃nte cõmemorare cepit oĩa scelera eius q̃ cõmiserat in micipsã/hiempsalẽ/et adherbalẽ hortatusq̃ est eũ: vt libere aperiret et diceret: q̃ ciues romani adiuuissent illũ ad hec scelera ꝑpetranda: dicẽs populũ romanũ scire et intelligere q̃ fuissẽt illi ciues: sꝫ tñ cupere ex ip̃o iugurtha oĩa magꝭ hr̃e manifesta

aduocata cõtione q̃q̃ regi ĩfesta plebs erat et pars in vĩcula duci iuberet: pars vero socios sceleris aperiret: more maioꝝ de hoste supplicium sumi: dignitati magis q̃ ire cõsulens: sedare motus et animos eorũ mollire: postremo confirmare fidem publicã per sese inuiolatã fore. Post vbi silentiũ cepit ꝓducto Jugurtha verba fecit Rome Numidieq̃ facinora eius memorat: scelera in patrẽ fratresq̃ ostẽdit: et q̃bus iuuãtibus q̃busq̃ ministris ea egerit: quanq̃ intelligat populus Ro. tamen se velle manifeste magis ex illo habere: si verum aperiat in fide et clementia populi romani magnam spem illi sitam. Sin reticeat non saluti socijs fore: sese et suas opes corrupturum. Deinde vbi Memmius

Post vbi. i. postq̃. Producto. i. ĩ mediũ cõtiõis ducto. Rome: vꝫ quẽadmodũ rome ciues corrupisset pecunia. Numidieq̃. i. scelera q̃ ĩ numidia cõmiserat ꝯmemorat. In patrẽ. s. micipsã: qꝛ ĩpie ⁊ crudelit̃ vsq̃ ad mortẽ ꝑsecutus ẽ filios ei⁹: a q̃ ip̃e in filiũ fuerat adoptat⁹. In fr̃es. s. hiẽpsalẽ ⁊ adherbalẽ q̃s crudelissime necauerat. Quibus iuuantibus. Et dicebat ppl̃m romanũ tñ velle hr̃e ex illo magis manifesta q̃q̃ intelligeret. s. ppl̃s romanus hoc vꝫ quib⁹ iuuãtib⁹ ⁊ q̃b⁹ ministris gesserat ea. Quib⁹. s. ciuib⁹ romanis. Ex illo. s. iugurtha. Si verũ: ⁊ dicebat magnã spẽ eẽ sitã illi in fide ⁊ clemẽtia ppl̃i romani: si aperiret v̄a: sꝫ dicebat illũ nõ fore saluti socijs: sꝫ eẽ corrupturũ se ⁊ suã opẽ si reticeat. Aperiret. i. indicaret ⁊ pãderet. Sitã. i. positã. Sin reticeat. i. sꝫ si taceat. Nõ socijs. vꝫ ciuib⁹ romanis q̃ iuuerũt illũ. O iugurtha si verũ dixeris tu sperare potes in mĩa ppl̃i ro. Sed si v̄itatẽ dicẽ noluerꝭ: socios tui scelerꝭ nõ ꝓpt̃ hoc seruabis: sꝫ teip̃m ⁊ tuũ presidiũ destrues Corrupturũ. i. destructurũ. Deinde vbi. vide quẽ euentũ habuit cõsiliũ et diligentia memmij q̃ tãto studio ppl̃z ro. cohortat⁹ fuerat ad vĩdicãdũ scel⁹ cõsul̃ bestie ⁊ alioꝝ ciuiũ: q̃ ꝯplices ⁊ socij ei⁹ fuerãt ad fed⁹ tã ignomĩosũ cũ iugurtha faciẽdũ. Mẽmi⁹ or̃oe sua a ppl̃o ĩpe

trauerat: vt inq̄sitio fieret de crimīe cōsulis et sociorū. Et vt melius ꝟitas īueniri posset ꝑ indiciū iugurthe: obtinuerat vt Cassius p̄tor ad iugurthā mitterek̄: q̄ eū data fide publica romā adduceret. iugurtha romā venerat. Res iā in eo erat: vt veritas veniret in lucē. Et ecce vni⁹ bebij tribuni plebis īpudētia: hec oīa tāta diligētia et studio ꝯpata subuertit. Nā cuz Mēmi⁹ exposuisset scelera iugurthe: iussissetq̄ illū veritatē dicere: q̄ ciues romani socij ei⁹ fuissēt: bebius ex altera ꝑte iussit illū tacere. At ita nihil actū est. cōtioq̄ ilico est soluta. Neq̄ vlla res alia Romā ac ꝑtes armauit in bella ciuilia: nisi seditiōes tribunicieq̄ ꝓcelle. Atq̄ p̄mo q̄dē ciuili sāguīe roma maculata ē seditione Graccho rū q̄ dū īmoderate nimis libertatē plebis ⁊ iura tueri conank̄: totā ciuitatē in arma cōpellūt. Hinc secutū ē belluz ciuile Cai Marij: ⁊ L. Sille: cui. P. Sulpicius tribun⁹ plebis cām maxime p̄stitit rogatiōe sua ꝑ quā Caio Mario bellū Mitridaticū demandari fecerat: ad q̄d iā L. Silla destinat⁹ erat. hoc bello tota Italia sanguīe ciuili repleta ē. Postremo. C. Cesaris et Cnei Pōpei funestū ac Luctuosū bellū exarsit. Cai Curionis maxīe tribuni plebis ⁊ M. Antonij scelere cōcitatū. Nā a principio Cai Cesaris feroces aī atq̄ īpetus leniri ac reprimi posse videbātur: nisi eos funesta fax Curionis et Antonij in incepto vehemēti⁹ accēdisset in q̄d belluz nō tota modo ciuitas cūctaq̄ Italia: sed totus orbis terrarū cōspirauit. Terrebat eū. s. Bebiū. Ordo ē. tñ īpudētia Bebij vicit: tametsi multitudo q̄ erat in cōtione vehemēter accēsa terrebat eū clamore: vultu ⁊ sepe īpetu: atq̄ alijs modis oībus q̄ ira amat fieri. Quāuis multitudo ppl̄i verbis: vultu ⁊ minis Bebiū terreret: tñ ab incepto moueri nō potuit. Vultu. s. iracūdo. Impetu: q̄ nōnunq̄ irruebāt in eū minātes: nisi desisteret ab īcepto. Que. i. quas res. Nā ad oīa supiora referk̄: videlz ad clamorē vultū: īpetū et ad oēs alios modos. Ira amat fieri: q̄ hō iratus ita ferme facere cōsueuit: vt verbis durioribꝰ et minis nōnunq̄ vtak̄. Ita ppl̄us ludibrio habit⁹. i. ppl̄us ludificat⁹. Exagitabat. i. vexabat. Questio. i. inq̄sitio. Augescūt. i. crescūt. Ea tēpestate: hucusq̄ disseruit quē euētū habuerit conat⁹ Mēmij: q̄ inq̄sitionē facere volebat de crimīe cōsulis. Nūc trāsit ad aliā rē narrandā. Dicit enī eo tpe rome fuisse quendā de Numidia ꝓuincia noīe Massiuā filiū Gulusse nepotē Massinisse. Cui spuri⁹ Albin⁹ cōsul ꝑsuasit: vt a Senatu peteret regnū Numidie q̄ñ quidē ipse erat de sanguīe Massinisse: ⁊ Iugurtha eo tpe in magno odio esset ac metu. Ea tēpestate. i. eo tpe: quo iugurtha erat rome. Erat rome quidā Numida. i. q̄dā de Numidia ꝓuincia. Numidia ꝓuīcia Gulusse fili⁹. Gulussa fuit fili⁹ Massinisse: vt supra visū est. Hic ergo cū esset fili⁹ gulusse: nepos erat Massinisse. Dedita cirtha. hic ex affrica romā venerat: q̄ñ Adherbal obsidionē diuti⁹ ferre nō valēs Cirthā vrbē iugurthe tradiderat: et ipse a iugurtha īterfect⁹ erat. Dedita cirtha. i. tradita cirtha ciuitate in man⁹ iugurthe. Profugus: ꝓfugus d̄r q̄ ꝓcul a sedib⁹ suis vagak̄. Huic Spuriu s. Ordo ē. Spuri⁹ albin⁹ q̄ post Bestiā gerebat ꝯsulatū cū Minutio ruffo: ꝑsuadet huic

dicendi finem fecit et Iugurtha iussus est respōdere. C. Bebius (quē pecunia corruptū supra diximus) regē tacere iubet: ac tametsi multitudo q̄ in cōtione aderat: vehementer accēsa terrebat eū clamore vultuq̄: sepe īpetu: atq̄ alijs oīb⁹ que ira fieri amat. vicit tñ Bebij impudētia. Ita populus ludibrio habit⁹ ex cōtione discessit. Iugurthe Bestieq̄ et ceteris quos illa q̄stio exagitabat aīmi augescūt. Erat ea tēpestate rome Numida q̄dam noīe massiua filius Gulusse nepos Masinisse (q̄ in dissensione regum Iugurthe aduersus fuerat) dedita Cirtha ⁊ Adherbale īterfecto ꝓfugus ex Affrica abierat. hic Sp.

vt petat ab senatu regnũ Numidie: qm̃ sit ex stirpe Massinisse: r qm̃ inuidia cũ metu vrgeat iugurthã ob scelera. Post Bestiã: post bestiã cõsulẽ: creat⁹ est cõsul Spurius albinus. Quinto: qr̃ q̃nquies cõsul fuerat. Ex stirpe. i. ex pgenie. Stirps masculino gñe trũcum arboris vel radicẽ significat. Stirps vero feminino gñe: pgenie et psapiã significat. Due rationes erãt p q̃s Albin⁹ cõsul suadebat Massiue vt regnũ Numidie a senatu peteret. Prima ratio erat: qr̃ Massiua ex sãguine Massinisse et ex pgenie erat. Scõa ratio: qr̃ iugurtha eo tpe erat in summis angustiis ppter scelera ei⁹. Inuidia cũ metu: idest inuidia et metu.

Albinus qui primo anno post Bestiam cuz Q. Minutio Ruffo cõsulatuz gerebat: psuadet: qm̃ de stirpe Massinisse sit Jugurtham ob scelera inuidia: cũ metu vrgeat: regnũ Numidie a senatu petat. Auidus cõsul belli gerundi mouere q̃ senescere oia malebat. Ipsi puincia Numidia Minutio Macedonia obuenit. Que post q̃ massiua agitare cepit: neq̃ Jugurthe in amicis satis p̃sidũ est: qr̃ eoz aliũ cõscientia: aliũ mala fama et timor ipediebat Bomilcari primo ac maxie fido sibi iperat vt p̃cio sicuti multa pfecerat insidiatores Massiue paret ac maxime occultet: sin id parũ procedat: quouis modo Numidam interficiat Bomilcar mature regis mandata exequitur: et per homines talis negocij artifi-

Urgeat: idest premebat. Auidus. Ostendit cãm quare Albinus cõsul hoc suadebat Massiue: qr̃ videlicz auidus erat belli gerẽdi. Cũ ergo Albino cõsuli decreta esset puicia Numidie: videbat bellũ geri oportere cõtra iugurthã si Senat⁹ regnuz Numidie Massiue cõcessisset: quia iugurtha regnum Numidie sine bello Massiue tradere noluisset. Atq̃ ita futurũ erat: vt cõsul exercitu suo Massiuã in regnũ induceret: qõ sine bello fieri nõ poterat. Auid⁹: consul auidus gerundi belli malebat omia moueri: q̃ senescere. Cõsul iquit cupiebat oia poti⁹ turbari q̃ quiescere: vt sic cãm haberet belli gerẽdi. Mouere. i. turbari: scz in puincia Numidie. Quã senescere. i. quiescere: torpescere. Malebat. i. magis volebat. Ipsi scz Albino cõsuli. Minutio: alteri cõsuli. Que post q̃. Ordo est. Jugurtha iperat Bomilcari primo ac maxtimo fido sibi: vt paret insidiatores Massiue maxime occulte: dico paret precio: sicuti multa cõfecerat: sed interficiat Numidã quouismodo si id parũ procedat: et hoc facit⁹ post q̃ Massiua cepit agitare que. i. illa: et post q̃ non est satis presidũ Jugurthe in amicis: q̃ p quia cõscientia impediebat aliũ eorũ: et mala fama et timor ipediebat aliũ. Cũ (inqt) Massiua tractare cepisset cũ senatu vt sibi regnũ Numidie cõcederetur: iugurtha desperato amicorum presidio: cũ Bomilcare propinquo et amicissimo suo tractare cepit: quomodo Massiuã iterficeret: itaq̃ ipsi Bomilcari iperat: vt hoies pecunia preparet q̃ p insidias Massiuã interficiãt occulte: r si occulte per insidias occidi nõ posset: alio quocũq̃ modo ipm̃ iterficiat. Que post q̃ Massiua agitare cepit. i. post q̃ massiua tractare cepit: vt sibi Senat⁹ regnũ Numidie daret. Aliũ cõscientia ipediebat: quia q̃ pecuniã ab ipso acceperant: nõ audebant iugurthã in hac causa defendere ppter cõscientiam: videlicet qr̃ sciebant se pecuniã accepisse. Aliũ mala fama et timor: vnũ pendet ex alio nam malã famã habebant qui a iugurtha pecuniã acceperãt: r ideo timebant. Proximo idest ppinquo. Fido: idest fideli. Precio. i. pecunia. Paret. i. preparet. Sin id parũ procedat: idest sed si id nõ veniat ad effectũ: videlicet vt occulte interficeret. Quouis modo: ac si diceret apte. Numidã. s. Massiuã. Mature. i. celeriter. Exequit. i. pficit. Talis ne-

gocij artifices.i.p hoīes q̄ talia negocia videlz homicidia ꝑpetrare ꝯsueuerāt. Explorat.i. inuestigat. Paulo incōsultius.i.paulo incauti⁹:sed quō dicit paulo incauti⁹ eū aggressuz fuisse:cū dicat ꝙ illū īterfecerit. Ideo hoc dicit:qꝛ licet eū occiderit:tñ ipse quoqꝫ cōprehensus est. Indiciū ꝓfitet̄.i.pollicet̄ se indicaturū esse cui⁹ cōsilio massiuā occiderit. Atqꝫ ita cōfessus est se a Bomilcare missū ad īterficiendū eū. Igit̄ Bomilcar accusat̄. Fit reus. Bomilcar fit reus magis ex equo et bono q̄ ex iure gētiū. Jus gētiū est vt fides publica īuiolata seruet̄. Ergo ius gentiū postulabat et exigebat: vt iugurtha cū comitib⁹ suis Rome ob fidē publicā datā:tutus oīno et īuiolatus esset:et si rome interī deliquisse īuenirет̄:nō tūc punirет̄ sed in locū remitteret̄ vbi fides publica ei data erat.s.in numidia. Deinde ab eo satisfactio iniuriaꝝ repeteret̄.ꝙ si satisfacere nollet:tūc eū bello ꝑsequi iure gētiū ppl̄o romano licuisset Hic igit̄ rigor iuris gētiū erat. Sed eq̄tas ⁊ bonū de hoc rigore aliq̄d remittit. Nā equū ⁊ iustū est:vt q̄ nō accipit īiuriā: iniuriā nō facit. Cū ergo Jugurtha et comites rome tuti et inuiolabiles essent. eq̄tas exigebat:vt ipsi quoqꝫ alijs īiuriā nō inferrēt. Quia ergo Bomilcar occidi mādauerat Massiuā: ex iure eq̄tatis accusatus est. Fit reus.i.accusat̄ ꝙ massiuā fecerit interfici. Nā reus d̄r ille q̄ accusat̄: siue ille a quo in iudicio aliq̄d petit̄. Actor dicit̄ ille q̄ accusat:siue ille q̄ petit aliquid in iudicio. Ex equo.i.ex equitate. Nā eq̄tas postulat:vt qui nō ledit̄ nō ledat:et qui iniuriā nō accipit: īiuriā nō inferat.

ces itinera egressusqꝫ eius:postremo loca atqꝫ tēpora explorat. Deinde vbi res postulabat:insidias tetendit. Igit̄ vnus ex eo numero:qui ad cedē parati erant:paulo incōsulti⁹ Massiuā aggreditur:illūqꝫ obtrūcat: sed ipse deprehēsus multis hortātib⁹:et in primis Albino cōsule indiciū ꝓfitetur. Fit reus magis ex equo ⁊ bono:q̄ ex iure gentiū Bomilcar comes eius qui Romā fide publica venerat. At Jugurtha manifest⁹ tāti sceleris non prius omisit cōtra verū niti:q̄ animaduertit super gratiā:atqꝫ pecuniā suam inuidiā facti esse. Igitur quanq̄ in priori actione ex ami-

Bono.i.ex iusto:ex iusticia equū et bonū partes iuris sūt. Ex iure gentiū. Jus gētiū dicitur qd̄ apud oēs gētes seruat̄. Quare est:vt legati vbiqꝫ sint tuti:fides publica vbiqꝫ īuiolata seruet̄. Liberi parētes obseruēt:et eos in necessitate alant:et similia. Comes ei⁹.s.iugurthe.et hec erat causa:quare ex iure gentiū Bomilcar rome tutus erat et īuiolabilis qꝛ comes iugurthe erat:q̄ romā venerat data ei publica fide. At iugurtha:vide q̄d dicat: iugurtha nō prius cessauit defendere Bomilcarē q̄ cognouit inuidiā facti ⁊ atrocitatē sceleris vincere gr̄am ⁊ pecuniā suā. Et ob eā cām:cū videret futuꝝ esse:vt Bomilcar dānaret̄: qꝛ plus poterat inuidia et atrocitas sceleris:vt dānaret̄ q̄ gratia et pecunia sua vt defenderetur eū iudicio subtraxit:et occulte in Numidiā eū dimisit:ne de dānato suppliciū sumeretur. Et hoc est qd̄ dicit. Manifestus tāti sceleris. Notāda cōstructio. Dicim⁹ enī hic manifestus est furti:vt hoc loco. Jugurtha manifestus tāti sceleris:qꝛ manifeste omēs intelligebant cām ꝑpetrate cedis a iugurtha esse profectā. Nō prius omisit cōtra verū niti: idest nō prius cessauit cōtra veritatē tendere:defendēdo Bomilcarē. Quā aīaduertit.i.cognouit. Super gratiā atqꝫ pecuniā suā inuidiā facti esse.i.iugurtha nō prius cessauit cōtra veritatem tēdere defendēdo Bomilcarē accusatū: q̄ cognouit inuidiā facti plus posse q̄ pecuniam et gratiā suā. Nā iugurtha gratia ⁊ pecunia cōtendebat q̄tū poterat: vt Bomilcarē defenderet:sed īuidia et atrocitas cedis ꝑpetrate plus poterat:vt Bomilcar dānaret̄:q̄ pecunia iugurthe vt Bomilcar defēderet. Inuidiā facti.s.cedis ꝑpetrate. Igit̄:ꝯ qꝛ videbat se Bomilcarē defēdere nō posse:eū clam in numidiā remisit. Ordo ē. Igit̄ iugurtha cōsulens

magis regno q̃ vadib⁹: clam dimittit Bomilcarē in Numidiā: veritus ne metus parēdi sibi inuaderet reliquos populares: si suppliciū foret sumptū de illo: q̃q̃ dederat q̄nq̄gita vades ex amicis in priori actione. Scim⁹ q̄ q̄ in iudiciū vocātur: vades dare cogūtur: se obtēperaturos esse iudicio. Ergo iugurtha cū a Mēmio tribuno plebis in iudiciū vocat⁹ est: dederat ex amicis suis vades q̄nq̄gita: ꝑ q̄s ꝓmittebat se staturū esse iudicio ⁊ obtēperaturū.

cis quinquaginta vades dederat: regno magis q̃ vadibus cōsulens clam in numidiā dimittit Bomilcarē: veritus ne reliquos populares metus inuaderet parendi sibi: si de illo suppliciū sumptū foret: et ipse paucis dieb⁹ ꝓfectus est: iussus a senatu Italia decedere Sed postq̃ Roma egressus est: ferť sepe tacitus respiciens postremo dixisse: vrbem venalem: et mature perituram si emptorem inuenerit.

Interī albin⁹ renouato bello ꝯmeatū: stipēdiū: aliaq̄ q̄ militibus vsui forēt: maťat ī affricā portare ac statī ipe ꝓfect⁹ ē vti añ comitia: qđ tp̄s haud lōge aberat: armis aut deditione: aut

tuus creatus est: qua potestate re magis q̄ noīe tyrānus erat. Tanti viri nos admonuit: Dicimus: admoneo te huius rei. Cultuq̄ eius. i. de vita et moribus eius. Paucis. scilz verbis. Et. L. sisenna. historicus fuit insignis. Duabus de causis scribā de morib⁹ sylle: vz et qz alio loco nō sum dicturus de rebus sylle: et qz nullus alius de eo satis diligenter ꝛ sincere scripsit. Mā sisenna licet de sylla scripserit melius et diligentius q̄ ceteri scriptores. tñ ipe quoq̄ nō satis libere et sincere pscripsit. Eas res: vz qui scripserūt de rebus et moribus sylle. Parū libero ore locut⁹ videt. qz nō est ausus vicia sylle describere. Juxta. i. sīr. Ocio luxurioso eē: p erat. Ecce quō salusti⁹ libere nō solū vrtutes: sz etiā vicia describit qō nō fecit sisenna. Tamē a negocijs. id est a reb⁹ gerendis. Remorata. s. est voluptas nūq̄. L. syllā impediuit a reb⁹ gerendis: nisi q̄ vxorē honestiorē ducere potuit. Mā in hac parte voluptas eū ipediuit: ne p dignitate sua vxorem duceret qualem oportebat. Cōsuli: prouideri. Facūdus. i. eloquens. Callidus. id est astutus. Et amicitia facilis Amicos facile sibi ꝟsiliabat: vl in amicitiā ei⁹ facile quis ītrabat. Atq̄ illi felicissimo omnium ante ciuilem victoriā nūq̄ sup industriā fortuna fuit. Ante ciuilē victoriā sylla oīm fortunatissimus fuit: qz fortuna ei i oīb⁹ ppicia erat: sz tñ nō min⁹ virtute ꝛ industria q̄ fortuna valebat: sed post ciuilē victoriā fortunatus nō fuit: qz dominatuz aliquādiu tenuit: sed pristinam virtutem amisit: ꝛ eā in impietatē crudelitatēq̄ cōuertit. Mā parta victoria totā vrbem ciuili sanguine repleuit: sylla catū mariū vrbe pepulit. Deide sinnā quinquies consulem qui cōtracto exercitu Caio mario fauebat victum occidit. Itē catū Carbonem et mariū iuniorem crudeliter necauit. Postremo parta ex omnibus victoria crudelissimus omniū totā vrbē ciuili sanguine repleuit. Nūq̄ sup industriam fortuna fuit. id est nūq̄ fortuna vicit industriam. Multiq̄ dubitauere fortior an felicior esset. Declarat id quod dixit: q̄ nūq̄ fortuna industria superauit. Fortior ad industriā refertur. Felicior ad fortunam. Nam postea: vz post ciuilem victoriam. Nescio (inquit) vtrū me magis pudeat an pigeat dicere id quod fecit sylla postq̄ adeptus est victoriam. Pudet verecūdie est. Piget laboris. Igitur. postq̄ mores. L. sylle descripsit: reuertit ad ppositū: vt oīdat qd fecerit postq̄ i castra caij marij cū

res admonuit: idoneuz visum est de natura cultuq̄ ei⁹ pauc⁊ dicere. Neq̄ eī alio loco de Sylle reb⁹ dicturi sum⁹. L. Sisenna optime ꝛ diligētissime oīm qui eas res dixere psecutus: parū michi libero ore locut⁹ videt. Igitur Sylla gētis patricie nobilis fuit: familia ppe iā extincta maioq̄ ignauia: Litteris grecis atq̄ latinis iuxta atq̄ doctissime erudit⁹ aīo ingēti: cupid⁹ voluptatū: sed glorie cupidior: ocio luxurioso eē: tñ ab negocijs nunq̄ voluptas remorata ē: nisi q̄ de vxore potuit honesti⁹ cōsuli: facūdus: callidus: ꝛ amicitia facilis: ad simulāda negocia altitudo īgenij: incredibilis multarū rerū ac maxīe pecunie largitor: atq̄ illi felicissimo oīm ante ciuilez victoriā nunq̄ sup īdustriā fortuna fuit: multiq̄ dubitauere: fortior an felicior esset. Mā postea q̄ fecerat incertū habeo: pudeat magis an pigeat disserere. Igit Sylla vt supra dictū ē postq̄ ī affricā atq̄ ī castra marij cuz

equitatu venit. Rudis.i.imperitus. Ignarus belli.i.inscius. Solertissimus.i. sagacissimus. Ad hoc.i.preterea. Multis rogantibus. Et sponte et rogatus beneficia prestabat. Inuitus aũt accipiebat. Et si aliqñ beneficia accipiebat: cito ea reddebat: ꝫ pecuniã mutuo acceptã tardius reddebat. Sed ea.scz beneficia accepta. Properantius.i. citius. Quã es mutuũ.i. q̃ pecuniã mutuo acceptam, Jp̃e a nullo rapere: p rapiebat. rogatus aliquãdo beneficia accipiebat: ꝫ sponte a nullo beneficia recipiebat: Vide ḡ quõ se gerebat. L. sylla in dãdis accipiẽdisq; beneficijs in dandisq; beneficijs: r sponte et rogatus beneficia libentissime prestabat. ¶ In accipiẽdis vero: nũq̃ sponte beneficia accipiebat: qr nũq̃ petebat. Oblata vero beneficia rogatꝰ accipiebat: sed inuitus hoc faciebat: et ea beneficia subito reddebat. Jp se a nullo rapere: hoc est p se et spõte sua a nullo accipiebat beneficia. Magꝭ id laborare vti illi q̃plurimi deberẽt. i. dabat operã vt mltos sibi beneficijs obligaret. At illi. s. sylle. Quã plurimi deberent. i. obligati essent. Joca atq; seria cũ humillimis agere. Ecce quot modis aĩos miluũ sibi conciliabat. Cũ ipe sũmus et patricie gentꝭ vir esset et questor: tñ nõ aspnabat humiles hoc ẽ humili gñe natos: ꝫ cũ oĩbꝰ iocabat: et serio loquebat. ioca r seria ꝓtria sunt Seria dicũt vera et non iocosa quasi sine risu. In opibus: in agmine atq; ad vigilias multꝰ adesse: p aderat. Hec oĩa boni r strẽnui militis officia sũt versari multũ in agmine in operibꝰ et ad vigilias. In opibꝰ. Dixit opus significare vel machinaz bellicã vel munitiones castrorũ. In agmine. Agmen exercitus incedẽs vocat: vt sepe dictum est. Mõ: minor aũt virtus est in agmine q̃ in acie versari Plerũq; enĩ accidit: vt hostes exĩsidijs atq; exĩprouiso agmẽ inuadãt. Quod praua ambitio solet. s. facere. Mã ambitiosi et laudis cupidi putant seipos laudare; si aliosvituperẽt r alijs detrahant. Et sylla hoc non faciebat. Pleroscq anteuenire. i. multos superabat. Tẽpus adesse. s. dicebat. Cunctari. i. tardare. Dubiũ belli atq; pacis rationes trahere: qr bocchus nesciebat qd faceret: an bellũ susciperet ꝓtra romanos an pacem cum ipis faceret. Rõnes trahere bellicq; atq; pacis. i. cogitare de bello atq; pace. Vti ãtea. Mã supra dixit Iugurthã

equitatu venit rudis ante r ignarꝰ belli: solertissimꝰ oĩm in paucis tẽpestatibꝰ factꝰ est Ad hoc milites benigne appellare: multis rogãtibꝰ alijs ipse p se dare bñficia ĩuitꝰ accipere: sed ea pperãtius q̃s es mutuũ reddere ipse a nullo repetere: magis laborare id vt illi q̃plurimi deberẽt: ioca atq; seria cũ hũillimis agere. Jn operibꝰ ĩ acie atq; ad vigilias multꝰ adeẽ: neq; ĩteri (qõ praua ãbitio solz) cõsulis aut cuiusq; boni famaz ledere: tñmõ neq; cõsilio neq; manu ꝓhibẽ aliũ pati: plerosq; ãteuenire. Quibꝰ reb⁹ r artibꝰ breui Mario r militibꝰ carissimꝰ factus. At Jugurtha postq; oppidũ capsaz: aliosq; locos munitos r sibi vtiles simul r pecuniã magnã amiserat ad Bocchũ nũcios mittit: q̃primũ in Numidiaz copias adduceret. Prelij faciẽdi tẽpus adesse. Quẽ vbi cunctari accepit: r dubium belli atq; pacis rationes trahere: rursus vti antea primos eius donis corrumpit. Jpsiq; Boccho pollicẽ Numidie tertiã ptez si aut

q iij

donis corrupisse amicos regis vt ipsum regem ad belli societatem impellerent. Integris suis finib⁹: videlicet si nihil de regno suo amisisset in conditionibus pacis. Bellum compositum: id est in concordiam pacis redactum. Illectus. id est tractus. Vix decima parte relicta: quia de toto integro die vix decima pars supererat. Munimento. i. adiumento Utrūq; casum. videlicet siue romani vicissent: siue victi essent. Difficilem fore: quia romani ignari locorum erant et propterea si vicissent non ausi essent persequi hostes victos: nocturnas insidias timentes. Igitur simul id est eodem tempore. Eodem tempore (inquit) et consul de hostium aduentu cognouit: et ipi hostes aderant. Quiuit. id ē potuit. Sed cateruatim: id est sine ordine simul. Conglobauerat. i. coacernauerat coniūxerat. Sine signis. Dicit vtrinq; sine ordine vllo pugnatum. Nā et hostes sine ordine romanos inuaserunt: et romani tempus non habnerunt vt acies ad pugnam instruerēt: sed vti quisq; poterat arma capiebat et pugnabat. Cedere. i. feriebant.

Scientes belli. i. periti belli.

Ob ea: videlicet quia veteres erant. et noui veteribus coaluerant: et breui tempore virt⁹ omniū equalis facta: vt supra dixit

Romani Affrica expulsi: aut integris suis finib⁹ bellū ꝓpositū foret. Eo pmio illect⁹ Bocchus cū magna mltitudīe Jugurthā accedit ita ābozū exercitu cōiūcto Mariū iā i hyberna pficiscentē vix decima pte diei relicta iuadunt: rati noctē q iā aderat ꝛ victis sibi munimēto fore: ꝛ si vicissent nullo ipedimēto: q locozū sciētes erāt. Cōtra Romanis vtrūq; casum in tenebris difficilē fore: igit simul cōsul ex multis de hostiū aduētu cognouit ꝛ ip si hostes aderāt: ꝛ priusq; exercit⁹ aut īstrui. aut sarcinas colligere. Deniq; anteq; signū aut iperiū vllū accipere quit: Eqtes Mauri atq; Getuli: nō acie neq; vllo more plij: sz cateruatī vti quosq; sors ꝓglobauerat: in nros cōcurrūt. Qui oēs trepidi iprouiso metu: at tñ virtutis memores: aut arma capiebāt: āt capiētes alios ab hostib⁹ defensabāt. Pars eqs ascēdere: obuiā ire hostib⁹: pugna latrocinio magis q̄ plio silis fieri: sine signis: sine ordīb⁹ eqtes peditesq; pmixti cedere alios: alios obtrūcare: multos ꝓtra aduersos acerrime pugnātes ab tergo circumuenire: neq; xt⁹: neq; arma satis tegere: q hostes nūero plures ꝛ vndiq; circūfusi erāt. Deniq; Romani veteres: nouiq; ꝛ ob ea sciētes belli si qs loc⁹ aut casus cōiunxerat: orbes facere. Atq; ita

ab oĩb⁹ ptib⁹ simul ꝛ tecti ꝛ istructi hostiũ vi sustẽtabãt. Neq; in eo tã aspo negocio Ma- rius territ⁹: aut magis q̃ antea demisso aĩo fuit: sꝫ cuꝫ turma sua q̃ ex fortissimis: magis q̃ ex familiarissimis pauerat: vagari passim ac mõ suis laborãtib⁹ succurrere: mõ hostes vbi cõfertissimi obstiterãt iuadere: manu cõ sulere militib⁹: qm̃ iperare ꝛturbatis oĩbus nõ poterat. Jãq; dies cõsumptus erat: cũ tũ barbari nichil remittere: atq; vti reges p̃ce- perãt noctẽ ꝓ se rati aci⁹ istare. Tũ Mari⁹ ex copia rerũ cõsilia trahit: atq; vti suis rece ptui loc⁹ eẽt: colles duos ꝓpiquos iter se oc cupat. Quoꝝ in vno castris parũ ãplo: fons aque magn⁹ erat: alter vsui opportunioꝛ: qꝛ magna pte edit⁹ ꝛ p̃ceps pauca munimenta gerebat. Ceterũ apud aquã Syllã cũ eqtib⁹ noctẽ agitare iubꝫ. Jp̃e dispsos milites pau latim nõ min⁹ hostib⁹ cõturbatis in vnũ con trahit: Deide cũctos pleno gradu in collem subducit. Jta reges loci difficultate coacti p lio deterrenꝝ: neq; tũ suos longi⁹ abire sinũt Sedꝝ troq; colle multitudie circũdato effu- si consedere. Deinde crebꝛis ignibus factis plerũq; noctis barbari moꝛe suo letari: exul tare: strepere pedib⁹: vocib⁹: ꝛ ipsi reges fe roces: q nõ fugere: aut ꝓ victoꝛibus agere:

Orbes facere: secundum di- sciplinam militarem se in girũ colligebant: vt ab omni parte tecti essent. Nihil remittere: id est nihil cessabant. Tum ma rius ex copia rerum consilium trahit: id est consiliũ capit ex fa- cultate et opportunitate quam habebat. Vti locus suis rece- ptui esset: id est vt locus esset suis quo se reciperent et redu- cerent. Castris parum amplo quia hic collis nõ erat tante ca pacitatis: vt castra romana ca- pere posset et continere. Alter vsui opportunus: id est ad vsũ. Vt ibi commode habitari pos- set et tute: quia hic collis a na- tura munitus erat. Nam altus erat et preceps: nec valde opus erat eum munire. Juxta aquã videlicet in colle vbi erat fons aque. Neq; minus hostibus conturbatis. Nam licet roma- ni dispersi et turbati essent: ta- men etiam hostes non minus turbati erant. Contrahit: col- ligit. Pleno gradu: id est ple no passu: hoc ẽ celeriter. Pre lio deterrẽtur: id est a prelio re mouẽtur: et a prelio abstinerẽt quia non audebãt pugnare cõ- tra eos qui locum superiorem occupauerãt. Effusi: id ẽ spar si. Et ipsi duces feroces: scili- cet erant. id est indomiti duces feroces erant quia non fugie- bant: sed tanq; victoꝛes se gere bant: obsessis collibus in quib⁹ erant romani. Aut pro victoꝛi bus agere: pro agebant. i. gere- bant se pro victoꝛibus: quia tã- q; victoꝛes Romanos obsessos in collibus tenebant.

Me signa quidē vti p vigilias solebāt canere: p canebant. Voluit vt tube canerēt ea nocte sicuti fieri solet qñ custodes exercitus dant signa. Deinde vbi. Ordo est. Deinde marius iubet de improuiso vectigales tubicines. Itē tubicines cohortū ⁊ turmarū ⁊ legionum simul oīs canere tuba: et iubet milites tollere clamorem aut erūpere portis. s. castroꝝ hostibus iam defessis ac pauloante captis somno: vbi p postq̄ lux aduentabat. Vide q̄d fecerit marius: hostes ī castris maiorem partē noctis egerāt in leticia exultantes ⁊ vociferantes tanq̄ victores. Deinde cū p̄mo somno oppressi essent iā appropinquante die marius oīs tubicines simul tuba canere iussit: et milites cū clamore ex portis castrorū erūpere atq; ita hostes inuadere primo somno captos: quo facto stati hostes fuſi fugati sūt. Lux aduentabat. i. dies appropiquabat. Defessis iam hostib⁹. Nam maiorē partem noctis exultauerant: ſz tandem fessi dormire inceperant.

Vectigales. Vectigal ꝑpe dr̄ tributū quod ꝓuectura pendit vnde ppli vectigales dicebant q̄ pp̄o romano annuatim tributa soluebāt. Unde hoc loco fortasse tubicines vectigales dicit: q̄ missi erāt ab alienigenis populis. videlz ab his qui populo romano vectigalia pendebāt: ſz hāc expositionē infirmā relinquo: nō enim satis placet.

Mauri: quibus p̄erat bocchus. Getuli: quibus p̄erat iugurtha. Quasi vecordia acceperat. i. quasi amētia et insania cunctos occupauerat. Naz nesciebant quid facerēt. Deinde marius vti ceperat in hiberna it. Marius postq̄ hostes fudit atq; fugauit in hiberna profectus est cū exercitu sicuti inceperat. Nam supra dixit hostes aggressos fuisse mariū ī hiberna ꝓficiscentē. Propter commeatum in oppidis maritimis agere decreuerat. Marius decreuit habitare et hiemare ī ciuitatibus que erant mari vicine: vt cōmeatū abunde hr̄e posset. Nam vrbes ad quas naues ire possunt semp abūdant: commeatib⁹. Agere. i. eē. Virg. in quarto eneid. Getulis agerē si syrtib⁹ exul. Neq; tñ victoria secors aut insolēs fact⁹. s. est: fere ita euenire solet: vt victores supbi ⁊ negligētes reddāt: qz ampli⁹ nō timēt: ſz mari⁹ ꝑ-

sed ea cūcta romanis extenebris ⁊ editioribus locis facilia visu magnoq; hortamento erāt. Plurimū vero Mari⁹ īperitia hostiuz cōfirmat⁹: q̄ maxímū sílētiū haberi iubet: ne signa q̄dēvti p vigilias solebāt canere. Dei de vbi lux aduētabat: defessis iaz hostib⁹: ac pauloante sōno captis: de īprouiso vectigales: itē cohortū: turmarū: legionū tubicines simul oēs tuba canere: ⁊ milites clamorē tollere aut portis erūpere. Mauri atq; Getuli īgnoto atq; horribili sonitu repēte excīti neq; fugere neq; arma capere: neq; oīo facere aut ꝓuidere quicq̄ poterāt: ita cūctos strepitu: clamore: nullo subueniēte: nostris instātib⁹ tumultu terrore: formidine quasi vecordia accepat. deniq; oēs fusi fugatiq; arma ⁊ signa militaria pleraq; capta: pluresq; in eo plio q̄ oībus superioribus interēpti sunt. nam sōno⁊ metu īsolito īpedita fuga. Deide Marius vti ceperat in hyberna it: propter commeatū ī oppidis maritimis agere decreuit: neq; tamen victoria secors: aut insolēs fact⁹

pter victoriam neq negligens neq supbus factus est: sed caute cũ exercitu incedebat: non aliter q̃ si hostes adessẽt. Secors. i. negligẽs. Insolẽs. i. supbus: vt cõtẽneret hostes. Ac p q̃. Quadrato agmine. i. exercitu quadriptito. Et statim declarat quõ quadratum erat agmen. Nam disposuerat marius qui a dextra et a sinistra parte: a fronte ꝛ a tergo curarẽt Apud dextimos. i. apud eos erant in dextera parte. Expeditis manipulis. Expediti manipuli dicũt sicuti expedite cohortes. Sũt ei milites leuis armature nõ grauib9 armis ipediti vt clipeo: galea: lorica: ꝫ expediti leues ad cursũ tela missilia gerentes. Minime cari. nõ cari: q3 sp pditores ꝛ pfuge suspecti sũt. Simul consul: quasi nullo iposito oĩa puidere. Marius tãta diligẽtia et curavteba tur: vt oĩa ita puideret tanq̃ si nullũ aliũ iposuisset: cũ tñ ꝛ syllam questorẽ: ꝛ aulũ legatũ ꝛ tribunos locasset q̃ totũ exercituꝫ curarent. Adesse: pro aderat. Laudare. s. bonos. Increpare. s. ignauos. Merentes: ꝛ ad laudem ꝛ ad vituperationẽ pti net. Ipe. s. marius. Intẽtus idẽ parat9. Item. i. sllr. Intẽ tus. animo. Armatus. corpore Cum marius ipator armat9 et parat9 esset: cogebat milites vt sllr ipi quoq armati et parati essent. Neq secus atq iter faceret castra munire. Ex his verbis videtur marius hoc tpe cũ exercitu in itinere nõ fuisse: sed tam consedisse et castra posuisse: cũ tñ supra dixerit illũ in hiberna pficiscentẽ q̃drato agmine incessisse. Et sine dubio hoc tpe in hiberna pficiscebat. Atq in itinere erat. Sed vide quid dicat marius quãta puidentia et diligentia vtebatur cũ exercitus icederet: ꝛ iter faceret: tãta diligẽtia vtebat cũ castra locabat. Nam sicuti caute incedebat quadrato agmine ꝛ questore ac legato necnõ tribunis dispositis q̃vniuerso exercitui preesset: sic cũ castra locabat: ea ipa castra fossa acvallo muniebat. Eq̃tes ãte castra disponebat q̃ ad custodiã exercit9 excubarẽt. Vigilias fieri: ꝛ vallũ custodiri iubebat. Castra muntre. s. vallo ꝛ fossa. Cũ exercitus pſidet: castra subito vallo et fossa muniũt. Excubitũ in porta. Ordo ẽ. Marius mittere p mittebat cohortes ex legionib9 excubitũ i porta: et mittebat eq̃tes auxiliarios p castris. Castra ꝓpe dr̃ locus vbi exercitus stat. In legione decẽ cohortes sũt. Ergo ex legionib9 cohortes eximebat q̃ i porta castroꝝ excubarẽt et vigilarẽt ad custodiã exercit9. Ex castra eq̃tes locabat q̃ pſidio essẽt: ne castra iuaderẽt ab hostib9. Excubitũ. i. ad excubandũ: ad vigilandũ. In porta. s. castroꝝ. Pro castris. i. ãte castra. In munimẽtis. i. i munitionib9. Vigilias ipe circuire: nõ tã diffidẽtia futuri q̃ iperauisset q̃ vti militib9 exeq̃tus cũ ipatore laborvolẽtib9 eẽt. Mari9 (inq̃t) vigilias castroꝝ circuibat: nõ q3 dubitaret milites nõ esse facturos id qõ ipabat: ꝫ vt milites volẽtes nõ coacti laborẽs subirẽt: cũ ipm ipatorẽ viderent laborib9 ꝛ piculis se exponẽtẽ. Nõ tã diffidẽtia futuri qõ ipsuisset. Si legit qõ ipauisset: clarus est sensus. Dicit: enim marius circuibat vigilias nõ tã q3 diffideret id eẽ futurũ qõ ipasset

sed pariter ac si in cõspectu hostium quadrato agmine icedere. Sylla cũ equitatu apud dextimos in sinistra parte. A. Bãlius cum funditorib9 et sagittarijs. Preterea cohortes Ligurũ curabat. Primos ꝛ extremos cũ expeditis manipulis tribunos locauerat. pfuge regionũ sciẽtissimi hostiũ iter explorabant: simul cõsul quasi nullo iposito oĩa prouidere: apud oẽs adesse: laudare fortis: ꝛ increpare merentis. Ipse armatus intentusq Itẽ milites cogebat: neq sec9 atq iter faceret: castra munire excubitũ i porta cohortes ex legiõib9 p castris eq̃tes auxiliarios mittere. Preterea alios in munimẽtis supvallũ locare: vigilias ipe circũire: nõ tã diffidẽtia

q̃ vti labor exequatus militibus cũ imperatore esset volentibus. Sed si legitur que imperauisset: durior est expositio: sed tñ idẽ est sensus. Sic em̃ intelligendum est: nõ tam diffidentia futuri. s. eoꝝ q̃ imperauisset. Et sane Marius illoq; scz tp̃e. Laudat marium: dicẽs illũ pudore magis q̃ pena exercitum gubernasse: cũ exẽplo suij p̃i⁹ militib⁹ ostẽderet quid eos facere vellet. Nam milites pudebat nõ facere id qd̃ imperator ip̃e faciebat. Pudore magis q̃ malo. i. q̃ pena: qꝛ mari⁹ exẽplo mag⁹ q̃ v̄bo docebat milites quid facerẽt. Et ita bñ agẽdo potius q̃ seuere imperãdo refrenabat exercitũ: ne licẽtius et solutius viuerẽt: sz laborib⁹ et vigilijs corpus ad patiẽtiã ĩdurarẽt. Per ambitionẽ: per appetitũ ⁊ cupiditatẽ honoris ⁊ laudis. Nã sine dubio magnaz laudẽ merek̃ imperator: qui se laboribus ⁊ ꝑiculis exponendo exercitũ docet magis exẽplo q̃ verbo. Aiebãt. i. dicebãt. Duritiã. i. laboris patiẽtiã. Et alia q̃ ceteri miserias vocant: sicuti pati famẽ: inopiã: frigus et calorẽ. Voluptati. i. ad voluptatẽ Marius ꝓ voluptate habebat pati labores: famez inopiã frigus et calorẽ: q̃ alij putãt eẽ miserias. Nisi tm̃ reipu. pariter ac seuissimo ĩpio bñ atq; decore gesta sunt. Ordo et sẽsus pẽdet a superiori. Multi dicebant mariũ imperatorẽ labores subire et dura sustinere ꝓpter ambitionẽ: sed ego nescio vtrum hoc fecerit ꝓpter ambitionẽ: nisi q̃ hoc solũ scio illũ ita vtilẽ fuisse reipu. mitem ⁊ mansuetum: sz laboris patientissimũ se prebẽdo q̃ si crudelẽ ⁊ seuissimũ se prebuisset ĩ impio. Loc⁹ iste videk̃ obscurus: nisi diligenter sensus ꝯsideret̃. Vult ostẽdere mariũ in impio mitẽ fuisse: ⁊ laboris patientissimũ. Et tñ reipu. ꝓfuisse dũ mitis est et patiẽs laboꝝ: q̃ si seuissimus et crudelissimus fuisset et imperiosus: sicuti solẽt eẽ duces. Nã duces solẽt ip̃i delicate viuere et imperiose cogere milites ad labores et ad pericula. Sed marius aliter faciebat. Nam ip̃e p̃mus erat qui labores et pericula subibat: atq; ita faciendo: nõ supbe et crudeliter imperando: milites pudore cogebat vt facerẽt qd̃ ip̃e faciebat. Et dũ hoc facit: ita rempu. vtiliter administrat: q̃ si seuissimus in imperio fuisset. Sed forte diceret aliquis: an fortasse q̃ crudeles et seuissimi sunt in impio: vtiles sũt reipu. Salustius hoc ideo dicit: qꝛ ferme hoc euenire solet: vt duces nisi seueri sunt ⁊ imperiosi: contẽnantur a militibus. Quãdo autem dux contẽnitur: res bene geri nõ potest. Sed hoc euenit in ducibus: qui opere nihil valent Nam dux qui neq; imperio neq; opere aliquid valet: iure cõtemnitur. Sed marius q̃uis mitis imperio esset: tñ non contemnebatur: qꝛ opere multum valebat: et omnes ad emulationem exemplo ꝓuocabat: vt tantũ reipu. prodesset bene agendo q̃ seuere ⁊ duriter imperando. Nisi tantum. i. nisi solum: acsi diceret. Nescio vtrum Marius illud fecerit ꝑ ambitionẽ: nisi q̃ hoc solũ scio: vz q̃ gesta sũt scz ea q̃ gessit Marius: bene et decore. i. vtiliter ⁊ decenter reipu. pariter ac seuissimo imperio. i. tm̃ vtiliter q̃ si seuissimo imperio marius ea gessisset. Igitur quarto deniq;. Salustius parũper digressus erat a ꝓposito: dum diligentiam Marij et mores eius describit: quibus vtebak̃ in bello. Nunc redit ad ꝓpositum. Nã dicere inceperat quõ marius victis hostibus in hyberna ꝓficiscebak̃. Tendebat autem ad vrbem cyrtham. igit̃ cũ non longe ab vrbe cyrtha marius abesset: speculatores hostiũ cito se ostẽdũt. Ex qua re marius intellexit hostes adesse. Nam speculatores semꝑ ante exercitum mittuntur: ad explorandam regionem et insidias. Speculatores. scilicet hostium.

futurorũ que imperauisset: q̃ vti militib⁹ exequatus cũ ĩperatore labor volẽtib⁹ eẽt. Et sane Mari⁹ illo alijsq; tꝑibus iugurthini belli magis pudore q̃ malo exercitũ coercebat qd̃ mlti ꝑ ambitionẽ aiebãt: alij q̃ a pueritia cõsuetam duritiã: ⁊ alia que ceteri miserias vocãt: voluptati habuisset: nisi tñ reipu. pariter ac seuissimo ĩperio bñ atq; decore oĩa gesta sunt. Igitur quarto deniq; die haud lõge ab oppido Cyrtha vndiq; simul speculatores citi sese ostẽdũt. Quare hostis adesse

Quare:quia speculatores visi erant ex hoc cognitum est hostes adesse quia semp speculatores precedūt exercitum. Sed quia diuersi redeuntes. Marius ipe quoq; pmiserat speculatores qui regionem exploraret:qui cū ex diuersis partibus redirent:tamen oēs rem eandem nūciabant:videlicet hostes adesse. Ex quo marius dubius et incertus quomodo instrueret aciem nullū ordinem cōmutauit:sed exercitum quadripartitum reliquit: et ita hostes expectauit. Diuersi.declarat quomō diuersi redibant videlicet alius ab alia parte.

intelligit. Sed qz diuersi redeūtes alius ab alia pte atq; oēs idē significabāt:cōsul incertus quonā modo aciē istrueret: nullo ordine cōmutato:aduersuz oia paratus ibidē opperitur. Ita Jugurthe spes frustrata q̄ copias in quattuor ptes distribuerat ratus ex oibus eque aliqs ab tergo hostib⁹ vēturos. Interi Sylla quē primū hostes attigerāt: cohortatus suos turmatī:t q̄maxime confertis eqs ipse alijq; Mauros iuadūt:ceteri ī vno loco manētes ab iaculis emin⁹emissis corpa tegere:et si q̄ in man⁹ venerāt obtrūcare. Dū co mō eqtes pliant Bocchus cū peditib⁹quos Volux filius eius adduxerat:neq; in prioze pugna in itinere morati affuerāt; postremaz aciē Romanorū inuadit:tū Marius apud p mos agebat:q; ibi Jugurtha cū plimis erat. Deide Numida(cognito bocchi aductu;clā cum paucis ad pedites conuertit:ibi latine:

Redeuntes:qui missi fuerant ad speculandū. Atq; oīs idem significabāt:scz hostes adeē: sz forte mirū videtur: quomodo ex diuersis partibus redeuntes oīs idem nūciabant:hoc ideo eueniebat:qz iugurtha copias suas in quattuor partes diuiserat vt a quattuor partibus romanos inuaderet qō etiam fecit:sed ab omni parte marius prouiderat. Opperitur.i.expectat. Ita iugurthe spes frustrata.i.eluſa et decepta:qz non potuit assequi id qō sperabat. Nam iugurtha copias suas in quattuor partes diuiserat: sperans aliquos inuasuros eē romanos a tergo: sz iugurtha deceptus est in sua spe:quia marius exercitum quadratū t quadripartitum habebat:atq; prouiderat ab omni parte: ne hostes inuadere possent. Ita videlicet:qz Marius non mutauit ordinē: sz quadratū dimisit exercitū:ne ab vlla parte īpet⁹ fieri posset. Aliqs a tergo hostib⁹ vēturos.i.aliqs a tergo inuasuros eē romāos. Interim sylla. Incipit pugna:sylla cum eqtatu dexterā partē curabat.

Turmatim.i.p turmas ꝓfertim. Cōfertis:dēsis. Emissis .s.ab hostib⁹. In pore pugna: q̄q; pauloante descripsit. Postremā romanoꝝ aciē inuadunt. Ecce quō ex diuersis partibus hostes inuadūt romanos:pmā t vltimā aciē romanoꝝ tribuni curabāt. Agebat.i. erat. Ibi latie:(nā apud numātiā loqui didicerat) exclamabat:nos frustra pugnare. Quidā numida vt romanis terroē adderet:t suis audaciā pberet:;uers⁹ ad pedites exclamauit romanos frustra pugnare:qz ducē amisissent:quē ipe manu sua interfecerat. Et hec dicēs gladiū sāguie manantē oīdit. Ordo est. Numida ibi,p tūc exclamat latie:nos pugnare frustra:nā,p qz didicerat loq.s. latie apud numātiā:t p parēthesim hec dicta sūt:qz potuisset aliqs dicere:si erat numida quō latie loqbat? Dicit illū didicisse loq latine apud numātiā ī exercitu romano:qñ Micipsa rex numidie auxilia peditum et equitum misit ad bellum numantinū:quibus iugurtham prefecit.

(Nam apud Numãtiaz loqui didicerat) exclamat nostros frustra pugnare ante paulo Mariũ sua manu interfectũ simul gladiũ sãguine oblitũ ostẽdere: quez ĩ pugna satis ĩpigre occiso pedite nr̃o cruentauerat. Qd̃ vbi milites accepere magis atrocitate rei q̃ fide nũcij terrent̃: simulq; Barbari aĩos extollere: ⁊ in ꝑculsos acri⁹ incedere: iãqz paululuz a fuga aberãt: cũ Sylla (ꝓfligatis his quos aduersuz ierat) rediẽs Mauris ab latere incurrit. Bocchus statĩ auertit̃. At Jugurtha dũ sustẽtare suos: ⁊ ꝓpe iã adeptã victoriaz retinere cupit circũuẽt⁹ ab eq̃tibus dextra sinistraqz oĩb⁹ occisis: solus ĩter tela hostiũ vitabũdus erupit. Atqz interĩ Mari⁹ fugatis eq̃tib⁹ occurrit auxilio suis quos pelli iã acceperat. Deniqz hostes iã vndiqz fusi sũt: tũ spectaculũ horribile in cãpis patẽtib⁹ sequi fugere: occidi: capi: equi atqz viri afflicti: ac multi vulnerib⁹ acceptis: neqz fugere posse: neqz q̃etẽ pati: niti modo ac statĩ concidere. Postremo oĩa qua visus erat cõstrata telis: armis: cadauerib⁹: ⁊ interea hum⁹ ĩfecta sanguine. postealoci cõsul haud dubie iã victor peruenit in oppidũ Cyrthaz quo in initio ꝓfectus intenderat: eo post quintũ diem: quẽ iterꝝ barbari male pugnauerãt legati a Boc

Apud numantiam: ciuitatẽ hispanie: quã scipio emilianus deleuit. Sanguine oblitũ. i. fedatũ. Quã fide nũcij: qꝛ nõ satis credebãt numide et lz nõ satis crederent: tñ ꝓpter atrocitatem rei a pugna terrebantur Perculsos. territos. Jã paululũ a fuga aberant. ita territi erãt romani vt ferme fugerẽt: nisi sylla supueniens cũ equitibus mauros inuasisset et eos ĩ fugam vertisset. Jã paululum aberant. i. nõ ꝓcul erãt a fuga: qꝛ ferme in eo erãt vt fugerent Bocchus qui p̃erat Mauris Auertit̃. i. in fugam vertitur Tum spectaculũ. Atrocitatez pugne describit. Sequi: hoc spectaculũ visum est: vz romanos sequi. i. insequi hostes fugiẽtes. Fugere. s. barbaros victos. Equi viri afflicti. s. sunt. Niti modo. i. tm̃mõ conabantur. s. fugere: sz statim cadebãt: qꝛ vulnerati erant. Postremo oĩa qua visus erat constrata telis. i. oĩa loca q̃ videri poterant telis cooperta erant: et cadaueribus et armis. Postea loci. postq̃ pugnã descripsit in qua victi sunt barbari: dicit Marium cyrtham peruenisse quo intẽderat. Postealoci: id est postea. Nã loci syllabica adiectio est: sicuti minimegentiũ. Initio profectus intenderat: id est ad quam vrbem a principio discedens ire disposuerat. Eodẽ post quintum diem quẽ iteruz barbari male pugnauerant: legati a boccho veniũt. Quem iterum barbari male pugnauerãt. i. die quinto postq̃ barbari secundo male pugnauerant. Nam hec fuit secunda pugna in qua Bocchus cum iugurtha secundo victus est a romanis. Iterũ: id est secundo bocchus bis victus decreuit facere pacem cum romanis: et ob eam rem post secũdã pugnam in qua victus fuerat: legatos ad Mariũ misit qui ab eo peterẽt: vt duos ad se fidissimos re-

cho veniunt: qui regis verbis ab Mario petiuere: duos q̃ fidissimos ad eũ mittere velle de suo et de populi romani cõmodo cum his disserere. Ille statim. L. Syllã: ⁊ A. Mãliuz ire iubet. Qui quãq̃ acciti ibant: tñ placuit verba apud regez facere: quo ingenium aut aduersum flecterent: aut cupidũ pacis vehementius accẽderẽt. Itaq̃ Sylla cuius facũdie nõ etati a Mãlio cõcessuz est: verba pauca huiuscemodi locut⁹ est. Rex Bocche magna nobis leticia est: cum te talem virum dij monuere: vt aliquãdo pacem q̃ bellum malles neu te optimũ cum pessimo omnium Jugurtha miscẽdo commaculares: simul nobis demeres acerbam necessitudinem: pariter ⁊ te errãtem et illum sceleratissimum persequi Ad hoc Popu. Ro. iam a prĩcipio inopi: melius visum amicos q̃ seruos querere tutiusq̃ rati volentibus q̃ coactis ĩperitare. Tibi vero nulla opportunior amicitia nostra: primum q̃ ꝓcul absumus in quo offense minimum est: est gratia par ac si ꝓpe adessemus: deinde q̃ parentes abunde habemus. Amicorum neq̃ nobis: neq̃ cuiq̃ hominum satis fuit: atq̃ hoc vtinam tibi a principio placuisset: profecto ex popu. Ro. ad hoc tẽpus multo plura bona accepisses: q̃ mala perpessus

mitteret Marius syllã questorẽ: ⁊ aulũ legatũ statĩ ad regem misit. Uelle. s. dicebat. Disserere: loqui tractare. Acciti. vocati a rege. Quãq̃ acciti ibãt tamen placuit ante regẽ verba facere hoc ideo dicit: qꝛ magis cõuenire videbatur: vt regem audirent q̃ vt apud regem loq̃rẽtur: qui eos acciuerat. Itaq̃ sylla. dicit syllam coram rege locutum: qꝛ eloquentia prestabat licet manlius etate superior esset. Commaculares. i. scelere inquinares. Necessitudinem id est necessitatem. Nã si te coniungis cũ iugurtha: nobis necesse est vt et te et ipsum iugurtham ꝑsequamur. Si pacẽ feceris: tu nobis tolles hanc necessitatem. Ad hoc. i. preterea Acsi diceret. Tu quidẽ o rex recte facis: q̃ amicitiã populi romani queris: sed et populus romanus vsq̃ a principio quãdo erat pauper semꝑ melius esse putauit acq̃rere amicos q̃ seruos. Amici sunt qui sponte secum populo romano coniũgũt ⁊ eius societatem habere conãtur: serui sunt q̃ resistentes bello subiguntur: et subacti obediunt imperio populi romani.

Tibi vero: qui suadet aliquid esse faciẽdũ: aut ab honesto aut ab vtili arguit. Nũc arguit ab vtili. Dicit em̃ nihil vtilius boccho contingere posse amicitia populi romani. Primũ q̃ procul absumus in quo offense est minimũ: o bocche amicitia populi romani nihil tibi põt nocere: quia procul absumus. Acsi. i. sicuti si ꝓpe adessem⁹. Deinde q̃ parẽtes abũde hẽm⁹ recte facis o bocche: q̃ amicitiã ppl̃i romani q̃ris. Meli⁹ ẽ em̃ acq̃rere amicos q̃ seruos: sicuti etiã sꝑ ppl̃s roman⁹ fecit: qꝛ mltos seruos ⁊ ĩpio nr̃o obediẽtes ac subditos hẽmus: sꝫ amicoꝝ neq̃ nobis neq̃ cuiq̃ vnq̃ satis fuit. Et ido melius est acq̃rere amicos: quoꝝ inopiã patimur q̃ seruos quorũ abundantiam hẽm⁹. Parẽtes. i. obediẽtes: ⁊

subditos:sicuti sunt qui bello subiguntur:parent enim imperio victoris:et subigentis eos Sed quoniã. o bocche festina et sicuti cepisti quere amicitiam nostram:quãdo quidẽ fortuna que ex magna parte res humanas regit:voluit vt tu experireris nos et hostes t amicos:ordo est. O bocche:nũc festina atq; pgevti cepisti qm̃ licet per illam:quoniam fortuna regit pleraq; rerum humanarum:cui scilicet complacuit te experiri vim et gratiam nram

Pleraq; rex humanarum.id est magnam partem rerum humanaruz fortuna cepit. Vim. qz tu es expertus bello quantũ possit populus romanus. Et gratiam.id est amicitiam:fortuna voluit vt tu experirer romanos et hostes et amicos. Ante hac: tu es expertus romanos hostes:nũc experire romanos amicos:t quia ita fortuna vult pseuera sicuti cepisti: vt romanos amicos habeas. Multa oppoztuna habeas quo facili9 errata officijs superes: magnã oppoztunitatem habes p quã delictum tuũ officijs vicas. Mã deliquisti et errasti ĩ hoc: quia cõtra populum romanũ bellũ simul cum iugurtha suscepisti. Sed hoc peccatum vincere potes beneficio:videlicet si te coniunxeris cum populo romano et cũ eis societatem et amicitiã ineris. Officijs.i. beneficijs.

Nũq̃ populũ romanũ beneficijs victum:quia semp pl9 reddit q̃ accepit. Nam q bello valeat tu te scis. Dixi q populus romanus nũq̃ victus est beneficijs:quia non est necesse vt dicam:q econtrario iniurijs etiã vinci non potest. Nam tu hoc scis:nam tu es expertus q iniurias bello vlciscitur. Et ideo nõ est necesse vt dicã : quia tu scis et expertus es:quantũ bello valeat ad iniurias vindicãdas:velis ergo potius experiri amic9 gratiam populi romani: q̃ hostis vim eius. Tute.i.tuipe. Ad ea bocchus:dicit quid responderit bocchus. Pro delicto suo.excusando delictum suũ. Arma cepisse.i.bellum contra populum romanũ suscepisse. Suscepi bellum contra populnm romanũ non vt ei iniuriam inferrem:sed vt regnũ meũ defenderem. Nam pati non potui mariũ vastare eam partem numidie:que iure belli mea erat: Jure belli factam suam. Supra dixit iugurtham terciã partem regni numidie boccho p̃misisse:si vna secum bellum susciperet otra romanos. Et ideo dicit partẽ numidie iure belli factã suã. Preterea: scilicet dicebat se esse repulsuz ab amicitia missis antea romã legatis. Ego antea misi romã legatos qui peterent amicitiam populi romani. Sed ab amicitia repulsus sum. Sed omitto vetera. Nunc rursus legatos romã mittam si marius vult. Ceterum.s.dicebat se omittere vetera. Ac tũ si p marium liceret.i.si marius vellet.

esses. Sed quoniã humanaz rerum fortuna pleraq; regit:cui scilicet placuit vim t gratiam nostrã te experiri:nunc quoniã per illã licet:festina atq; vti cepisti perge. Multa oppoztuna habes quo facili9 errata officijs superes:postremo hec in pectus tuum dimitte nunc̃ populum romanum beneficijs victum esse, Mã bello q̃ valeat tute scis. Ad ea Bocchus placide et benigne simul pauca pro delicto suo verba facit se non hostili animo:sed ad regnum tutandum arma cepisse. Mã Numidie partem vnde Jugurthaz expulerit iure belli suam factaz eam vastari a Mario pati nequuisse. Preterea missis antea Romaz legatis repulsum ab amicitia. Ceterum vetera omittere:actum si per Mariũ liceret legatos ad senatum missurũ:deinde copia facta mittẽdi animus barbari ab amicis flex9:

quos Jugurtha (cognita legatione) Sylle et Manlij metuēs id quod parabat donis corruperat. Marius interea exercitu in hybernis cōposito cū expeditis cohortib⁹ et parte equitatus pficiscit in loca sola obsessum turrim regiā: quo Jugurtha perfugas oēs presidium ipposuerat. Tum rursus Bocchus licet erga romanos seu reputando q̄ sibi duobus prelijs euenerant seu monitus ab alijs amicis quos Jugurtha icorruptos reliquerat ex omni copia necessariorum quinq̄ delegit: quorum et fides cognita: et ingenia validissima erant. Eos ad Marium: ac deinde si placeat Romā legatos ire iubet agendar rerum: ⁊ quocunq̄ modo belli componendi licentiā pmittit. Illi mature ad hyberna Romanorum proficiscuntur. Deinde in itinere a Getulis latronibus circūuenti spoliatiq̄ pauidi sine decore ad Syllā profugiūt. Quem consul in expeditionem proficiscens pro pretore reliquerat eos ille non p vanis hostib⁹ vti meriti erāt; sed accurate et liberaliter habuit. Qua re barbari ⁊ famam romanorum auaritie falsam: ⁊ Syllam ob munificentiaz in sese amicum esse rati sunt. (Nam etiā tum largitio multis ignota erat) munific⁹ etiā nemo putabatur nisi pariter volēs: dona omia

Deinde copia facta. s. a mario Marius pmisit vt bocchus legatos romam mitteret: sz bocchus mutauit sententiam persuasus ab amicis quos iugurtha donis corruperat: postq̄ intellexit syllam et mālū legatos esse missos ad bocchum vt euz alienarent a iugurtha: et populo romano conciliarent. Animus barbari flexus est. i. anim⁹ bocchi mutatus est. Metuēs id quod parabat: videlicet metuens ne bocchus disiūgeretur a se: et coniūgeretur romanis.

Marius interea: dicit q̄d fecerit marius postq̄ exercitum in hybernis collocauit. Non quieuit. sed acceptis expeditis cohortibus ex parte equitat⁹ i solitudinem quandam profectus est ad obsidendum quādā turri regiā: in qua iugurtha pfugas hois ipposuerat qui eam custodirent. Sed marius hanc turri capere non potuit. Composito. i. collocato. In sola loca. i. i loca deserta. Perfugas hoies presidiū imposuerat. Vtri sepe quid sit presidium: est em̄ multitudo militum ad custodiā alicuius loci posita. Tum rursus. dicit bocchum rursus decreuisse mittere legatos ad marū de inde romam qui de pace tractarent. Sine decore. i. sine ornatu. Quem consul. Marius cū proficisceret ad obsidendū turrim syllam pro pretore reliquerat: cui plena potestas erat sup exercitum et super totam puinciam. Eos ille. dicit syllam legatos bocchi liberaliter tractauisse. Habuit. id est tractauit.

Qua re barbari: fama erat vulgata q̄ romani erant auari Sed legati barbari tam liberaliter a sylla tractati: crediderūt falsam esse famā que de romanis erat: videlz q̄ essent auari.

Dona oia in benignitate habebāt. Si q̄s donū alicui faciebat: nō putabat facē hoc p largitionē: vz vt illū corrūperet: sz p liberalitatē: videlz qz putaret

illum dignum esse eo munere.
Mandata.ea q̄ sibi bocchus mandauerat: vulgo nūc dicuntur cōmissiones. Sylla oīa pollicito.cū sylla oīa eis eēt pollicitus. Ibidē.s.apud syllā erat aūt vice sylla. Marius: ordo est. Marius iubet et illos et syllā venire ab vtica postq̄ venit cirtham infecto negocio quo intēderat:et postq̄ est factus certior de aduentu legatorum: sensus patet. Infecto negocio:qr turrim regiam capere non potuit. Item.L.belligerum pretorem: omnesq̄ senatorij ordinis: scilicet venire iubet ad se cyrtham. Dixi antea q̄ consuetudo fuit vt consul conuocaret princeps exercitus ꝛ viros ordinis Senatorij cum aliquid graue atq̄ arduum deliberandum erat: veluti si deditio suscipienda esset:vel pax cum hoste facienda:vel tale aliquid. Quib⁹ cum.id est cum quibus marius vocatis ad se syllam questore:ꝛ L.bellieno pretore:et omnibus viris ordinis senatorij qui erāt in exercitu cum his simul legatos bocchi audiuit: ꝛ cognouit ea que petebat bocchus: et de cōsilio eorum permisit atq̄ concessit:vt legati romam ad senatum proficiscerentur. Ex quinq̄ legatis tres Romam profecti sunt duo ad bocchum redierunt. Mandata bocchi: id est petitionem bocchi. Romeq̄. Dicit quid fecerint legati bocchi postq̄ romam venerūt. Cōfessi sūt regē errasse scelere iugurthe inductum. Et ita culpam delicti a rege remouentes in iugurtham trāsferebant Deprecati sunt.id est confessi sunt.noua significatio notanda est. Alibi deprecari est amoliri depellere: propulsare. vnde hoc loco dicit dēpcati: qr ly delictum confiterētur: tamen culpam delicti depellebant a rege et eam in Jugurtham transferebant. Ceterum Boccho facit gratiam.id est ignoscit.

in benignitate habebant. Igit questori mā data Bocchi apte faciūt:simul ab eo petunt vti fautor:cōsultorq̄ sibi adsit: copias: fidez magnitudinē regis sui:ꝛ alia que aut vtilia: aut beniuolētie esse credebāt:oratōnē extol unt. Dein Sylla oīa pollicito: doctiq̄ quo modo apud Mariū:item apud senatū verba facerent:circiter dies ibidē.xl. opperiuntur Marius postq̄ infecto negocio quo intēderat redijt Cyrthā:ꝛ de aduētu legatorū certior factus est. illosq̄ ꝛ Syllā ab vtica venire iubet. Jtēq̄.L. Bellienū pretorem. Preterea oēs vndiq̄ senatorij ordinis:q̄bus cuz mādata Bocchi cognoscit:īiquis legatis potestas eūdi Romā fit:ꝛ ab cōsule iterea idu cie postulant. Ea Sylle ꝛ plerisq̄ placuere: pauci feroci⁹ decernūt ignari rerū humana rerum:que fluxe semp in aduersa mutant. Ceterum Mauri īpetratis omībus rebus tres Romam pfecti:cum Cn. Octauio Rufone: qui questor stipendiū in affricā portauerat. Duo ad regē redeūt. Ex his Bocchus cū ceterq̄:tū maxime benignitatē:ꝛ studiū Sylle libēs accepit. Romeq̄ legatis ei⁹ postq̄ errasse regē ꝛ Jugurthe scelere lapsū deplorati sunt amicitiā ꝛ fedus petentibus hoc modo respondetur. Senatus ꝛ po.ro. beneficij

et iniurie memor esse solet. Ceterū Boccho qm̄ penitet: delicti gratiā facit: fedus et amicitia dabūtur cū meruerit. Quibus reb⁹ cognitis Bocchus p litteras a Mario petiuit vti Syllam ad se mitteret. Cui⁹ arbitratu de negocijs cōibus cōsuleret. Is missus cū presidio equitū atq; peditū: itē funditorū t balistariorū. Preterea iere sagittarij: t cohors peligna cū velitaribus armis itineris pperādi cā. neq; sec⁹ his atq; alijs armis aduersum tela hostiū q ea leuia sunt muniti erāt: sed in itinere quito deniq; die Volux fili⁹ Bocchi repēte in cāpis patētibus cū mille nō amplius eq̄tibus sese ostendit: qui temere et effuse eūtes Sylle alijsq; oībus t numerū amplioꝛem: t hostilē metū efficiebāt. Igit̄ se quisq; expedire: arma atq; tela tentare: intendere: timoꝛ aliquātus sed spes amplioꝛ: q̄ppe victoꝛib⁹ t aduersum eos quos sepe vicerant. Interim eq̄tes explorātū p̄missi rez vti erat quietā nunciāt. Volux aduenies questoꝛem appellat: dicitq; se a patre Boccho obuiā illi simul t p̄sidio missum. Deinde p eum t pximum diē sine metu cōiuncti eūt. Postvbi castra locata: t diei vesper erat: repēte Maurus incerto vultu pauēs ad Sylam occurrit dicitq; sibi a speculatoꝛib⁹ cognitū: haud p-

Is missus: scz est. Peditum fūditoꝛ: fūditoꝛes q̄ funda pugnāt. Balistarioꝛ. Balistę sūt saxa maioꝛa et grauioꝛa: vnde Balistarij dicti sunt. Cohoꝛs peligna. Peligni populi sūt latini. Luculus volscoꝛ rex nepotes habuit pacinū: a quo pacinantes: et pelicū a quo peligni singuli populi latinoꝛū auxilia mittebāt ad bella q̄ popul⁹ roman⁹ gerebat. peligni ergo cohoꝛtē vnā miserāt. Cū velitaribus armis. i. cū armis leuioꝛibus: q̄b⁹ velites vtunt. Mā velites dicuntur milites leuis armature: q̄ gūib⁹ armis ipediti nō sunt: sed expediti leuib⁹ armis vtūtur: et dicuntur velites q̄si volitantes. Ergo cohoꝛs peligna: vt expeditoꝛ esset ad iter pperādū: velitarib⁹ armis nūc vsa est. Neq; his secus atq; alijs armis aduersus tela hostiū q ea leuia sūt muniti erāt: his (inq̄t) armis velitarib⁹ ita muniti erant sicuti alijs armis adūsus tela hostiū q̄ leuia sūt arma velitaria idonea sunt cōtra tela mauroꝛū: quia tela leuia sunt. Neq; secus: idest nō aliter. Atq; p q̄. Effuse. sparsim sine ordine. Sylle alijsq; oīibus. Sylla et oīes alij existimabāt illos mille equites esse multo plures: t putabāt esse hostes. Sed volux missus erat a patre Boccho obuiā Sylle: t etiā vt presidio eius tutioꝛ esset Sylla. Igitur: quia putabant eos esse hostes. Spes amplioꝛ: ampliorē: scz numero: scilicz erat maioꝛ erat spes q̄ metus.

Quippe victoꝛibus: scz erat: nam romani victoꝛes sepe fuerant: et sepe vicerant iugurthā et Bocchū. Per eum et proximū diem: idest primū et secundum diē. Locata: scz sūt. Vesper diei: idest vltima pars diei Maurus: scz volux. Incerto idest mobili et instabili vultu: quia in vultu colorez mutabat pre timoꝛe. Pauens. i. timens et statim cām timoꝛis subiūgit

Aio feroci.i.impauido:audaci:forti. Fusum.i.fractū:fugatū:et pulsum. Numidam.s. iugurthā. Satis credere dicebat.i.satis cōfidere. Mā credere significat confidere. Virgilius in bucco. O formose puer nimiū ne crede colori. Et si certa pestis adesset māsurū potius q̄ proditis quos ducebat turpi fuga incerte ac forsitan paulopost morbo interiturevite parceret. Sylla dicebat. Mō timeo iugurthā totiens victū: r satis confido virtuti meoꝝ militū. Sed si etiā certus essem me cū meis ī pugna interficiēdū esse fugere nō volo: sed volo manere potius et mori: q̄ turpiter fugere et vitā seruare: q̄ vita forsitan paulopost morbo interibit.

Si certa pestis.i. certa mors Ordo est. et dicebat se potius mā surū si certa pestis adesset: q̄ vt parceret vite incerte: acsi forsitan paulopost interiture morbo. dico parceret turpi fuga.i. per turpem fugam proditis q̄s ducebat. Acsi diceret: melius est: et volo potius manere et gloriose mori: q̄ turpiter fugere et vitam seruare. Proditis q̄s ducebat. Si sylla fugisset pdidisset eos quos secū ducebat: q: ostenderat eis se iturum ad bocchū. Quā incerte vite parceret.i. vitā incertam seruaret: vita aūt icerta est: q: nemo securus est de vita sua. Cetez ab eo. monitus sylla parere noluit voluci suadenti vt fugerēt q: turpe erat fugere: sed paruit ei suadenti vt noctu pficisceret q: hoc consiliū vtile erat. Prima vigilia.i. pma hora noctis.

Jamq̄ nocturno itinere. sylla cū voluce silt tota nocte iterfecit. Et in ortu solis castra locauit. Tum equites volucis q̄ preibāt: nūciāt iugurthā aīi eū castra posuisse circiter duorum miliū iteruallo. hoc audito romani crediderūt se pditos esse a voluce. Et fuerunt q̄ dicerent volucem tanq̄ pditorem interficiēdū esse. Sed sylla phibuit hoc fieri. Credere p credebāt Quāq̄ existimabat idē. Mā et sylla credebat se a voluce pditum esse. Quātū sibi in prelio minus pepercisset: tm tutiores fore: o milites quāto vobis minus in prelio parcetis.i. quāto magis pugnabitis tanto tutiores erit. parcere sibi in plio est cul Jugurthā abesse. Simul vti noctu clā se cum pfugeret rogat atq̄ hortat. Ille aio feroci negat se totiēs fusum Numidā ptimescere: virtuti suorū satis credere etiā si certa pestis adesset mansurū potius q̄ pditis his q̄s ducebat turpi fuga īcerte ac forsitā post paulo interiture morbo vite pceret. Ceteruz ab eodē monitus vti noctu pficisceret: cōsiliuz approbat: ac statim milites cenatos esse ī castris: ignesq̄ q̄ creberrimos fieri. Deide prima vigilia silētio egredi iubet. Jāq̄ nocturno itinere fessis oībus Sylla pariter cū ortu solis castra metabat: cū equites Mauri nūciant Jugurthaz circiter duū miliū intervallo ante eos cōsedisse. quod postq̄ auditū est tum vero ingēs metus nostros inuadit: credere se pditos a Voluce r insidijs circūuentos. Ac fuere qui dicerēt manu vindicanduz neq̄ apud illū tantū scelus inultū relinquendum. At Sylla quāq̄ eadem existimabat: tñ ab iniuria maurū phibet: suos hortatur vti fortē aīm gererēt: sepe antea paucis strēnuis aduersus multitudinē bene pugnatū: quāto sibi in prelio minus pepcissent: tāto tutio-

pugnare nolle. Neq; quēq̄ decere q̄ manus armauerit ab īermib⁹ pedib⁹ auxiliū petere .i. dicebat viuū armatū fugere. Nā petere auxiliū a pedib⁹: nihil aliud est nisi fugere. In maximo metu nudū et cecū corpus ad hostes vertere. ⁊ dicebat decere ī maxīo metu vertere nudū et cecū corpus ad hostes. i. ꝯ hostes. O milites nō decet virū armatū fugere: sed in maxīo metu decet nō solū armatū: sz etiā īerme corpus vtere ꝯ hostes. Nudū corpus. i. inerme. Et ita intēdit argumētū. Si in maxīo metu decet corpus inerme ꝯ hostes vertere: quāto magis vos armatos decet ire ꝯ hostē: ⁊ nō fugere. Tota enī intentio sylle est hortari milites et ꝑsuadere eis: vt non fugiāt: sz forti aīo sint. Cecū. i. preceps ad pugnā: vt de fuga nō cogitet. Deinde volucem Ordo est: deīde sylla obtestatus iouē maximū vt adesset testꝫ sceleris ⁊ ꝑfidie bocchi: iubet volucē abire ex castris: qm̄ fecerat hostilia. Sylla credidit se eē ꝓditū a voluce boccho pr̄e eius ita volēte. Et iō cū aīos militu3 orōne firmasset: statī iussit vt volux abiret ex castris. Sz reuera volux innocēs erat. Qm̄ hostilia fecerat. i. qm̄ proditor fuerat: sicuti ip̄e credebat. Nā re vera nō fuerat ꝓditor. Sceleris atq; ꝑfidie bocchi testꝫ adesset: qr credebat bocchū misisse volucē filiū: q̄ syllā traderet in manus iugurthe. Ille. s. volux. Orare ꝓ orabat. Nihil dolo factū. s. dicebat: at magꝫ calliditate iugurthe. s. factū eē dicebat. s. vt iugurtha iter obsideret. Nā hac de cā sylla se a voluce ꝓditum eē credidit: qr iugurtha copijs suis iter obsederat q̄ trāsiturus erat. Sz hoc dolo volucis factū nō erat: sz poti⁹ astucia iugurthe: q̄ ꝑ speculatores iter volucis explorauerat. Ceterū qm̄. volux dicebat ad syllā: o sylla iugurtha magnā multitudinē nō hz. et totam spem suā habet ī pr̄e meo. Igit̄ me presente nihil palā facere audebit. Bonū igit̄ est: vt ꝑ media castra ei⁹ trāseamus. sylla volucis ꝯsiliū ꝓbauit: ⁊ ita ꝑ media castra iugurthe incolumes trāsierūt. Ex quo cognitū est in voluce dolū nō fuisse. Illū. s. iugurthā. Cū ip̄e fili⁹. s. volux filius bocchi. Testis adesset. i. presens eēt. Nā q̄ fronte iugurtha syllā inuaderet presēte voluce filio bocchi: in q̄ boccho iugurtha spem suā totā hēbat. Nihil palā ausurū. s. dicebat. Quare. s. dicebat. Sese vel p̄missis: ego vel ante mittā eq̄tes meos: vl̄ etiā hic relinquā ⁊ tecū: o sylla solus transibo: vt intelligas in me dolū nō esse. Ea res ꝓbata. s. est a sylla. Uti ī tali negocio. i. tāq̄ ī tali re: q̄ de īprouiso suscipiebat̄. Qr de īprouiso acciderat dubio atq; hesitāte iugurtha. iugurtha dubitauit cū vidit syllā ⁊ volucē cū suis copijs ꝑ media castra sua trāseūtes. ⁊ qr h° d̄ īprouiso accid̄at iugurtha ñ īuasit eos: qr d̄ īprouiso accide rat. s. vt romāt cū voluce ꝑ media castra iugurthe trāsirēt: neq; eī iugurtha h° vnq̄ putasset

res fore: neq; quenq̄ decere qui man⁹ armauerit: ab inermibus pedib⁹ auxiliū petere: in maximo metu nudū et cecū corpus ad hostē vertere. Deinde Volucem qm̄ hostilia faceret: Jouem maximuz obtestatus: vt sceleris atq; ꝑfidie Bocchi testis adesset: castris abire iubet. Ille lachrymans orare ne ea crederet: nihil dolo factū: ac magis calliditate Jugurthe cui videlicet speculāti iter suū cognitum esset. Ceterū qm̄ neq; ingentē multitudinē haberet. ⁊ spes opesq; ex patre suo penderēt crederet illū nichil palā ausurū: cū ipse filius testis adesset. Quare optimū factu videri ꝑ media eius castra palam transire sese vel p̄missis vel ibidē relictis Mauris solū cū Sylla iturum: ea res vti in tali negocio solet probata est: ac statiz profecti: qr de īprouiso

